Sciendū est secūdo q̄ pro maiori declaratione supponitur p̄mo q̄ mediāte ppōe res mētales ꝯcipiunt̄ in ordie adinuicē. nō tū q̄ ex ipsis fiat aliq̄ ppō q̄ dicat̄ propō realis quaʒ aliquis ponūt. q: nulla talis est ponēda. Et si dicatur res subijciūtur et p̄dicātur. igitur ex ipsis fiet propō: dicit̄ q̄ nō subijciūtur neqʒ p̄dicātur nisi ad istū sensum. i. cōcipiūtur adinuicem mediante propōne mētali. ¶ Scđo supponit̄ q̄ significare verū est de significatōe totali et propositionali significare esse qđ est vel fore quod erit vel fuisse qđ fuit. et hoc in affirmatiuis. sʒ in negatiuis est significare nō esse qđ nō est vel nō fore qđ nō erit: vel nō fuisse qđ nō fuit. Significare falsum est de significatōe totali et ppositionali significare esse qđ nō est: vel fore qđ nō erit vl' fuisse qđ nō fuit. et ꝑ cōtrariū dicatur in negatiuis. ¶ Ex quo sequūtur aliqua. Primo q̄ licet isti termī verum et falsum significēt verū vl' falsum nō tn̄ sunt propōnes: q: nō significāt significatione propōnali. ¶ Sequit̄ scđo q̄ licʒ aliquid significet̄ ꝑ propōnem illud tn̄ proprie nō dicitur verū et falsum. et qn̄ dicitur propō significat verū. ergo significatū propōnis seu cōplexe significabile dicitur verū vel falsum. Respondetur negādo ꝯñam: q: nō dicit̄ significare veruʒ eo q̄ significatū sit verum: sed q: significat vere vel false: vel ita eē sicut est vl' nō eē sicut nō est.

Sciendū est tertio q̄ propositio prima sui diuisione diuiditur in propōnem cathegoricā et ypotheticaʒ. vnde propositio cathegorica est illa que explicite vel implicite formaliter vel equiualēter habet subiectum et predicatum et copulam tanq̄ principales partes sui: et ponit̄ explicite vel implicite propter propōnes de verbis adiectiuis in quibus includitur copula et etiaʒ propter aliquas propositiones de est secundo adiacente in quibus includitur predicatum materiale. vt dicendo petrus est ens capiendo participiale et ponitur formaliter vel equiualenter propter verba exepte actionis: vt pluit tonat. etiam propter verba impersonalia. passiue vocis vt legitur que omnia sunt propositiones: quia equiualent propositiōibus cuʒ subordinentur conceptibus complexis. etiā si imponeretur ad significandum tantum q̄tum animal currit: tunc a esset propositio: quia licet in omnibus istis non ponatur subiectum copula et predicatuʒ formaliter tamen bene equiualenter. Supponitur vlterius q̄ ppositio cathegorica est duplex. s. de est secūdo adiacente et de est tertio adiacente. vnde ppositio de est secundo adiacente est illa in qua nō ponitur aliud p̄dicatuʒ materiale a suo participio vt petrus est id est petrus est ens: et nō dicitur de est secundo adiacente eo q̄ istud verbū est ponatur in secūdo loco: sed quia preter ipsuʒ nō ponitur aliud predicatum materiale a suo participio. sed propositio de est tertio adiacente est illa in qua preter illud verbū est ponitur aliquod predicatum materiale aliđ a suo participio sue ponatur ante copulā sicut in ppositionibus de modo loquēdi incōsueto vt homo animal est et dicitur de est tertio adiacente eo q̄ preter istud verbum est et suum participium ponitur aliquod predicatuʒ materiale.

Arguitur sic primo quodlibet diffinitum debʒ esse aliq̄d vnū sed ppositio nō est aliquid vnū ꝑ se cū sit aggregatū ex terminis. Nec valet dicere q̄ ppositio ꝑ ꝑ se significat est aliq̄d vnū: q: illa intētio scđa nō est aliquid vnum cuiꝰ fundamētum nō est aliq̄d vnū: sʒ fundamentū ppōnis nō est aliq̄d vnū cū sit tota ppositio vocalis mentalis vel scripta. Scđo sic. ista oratio hō qui est aīal est ppositio cuʒ includat ppōnem: scʒ hō est aīal. et tn̄ nō significat verum neqʒ falsum imo magis generat imperfectum sensum in aīo auditoris. Tertio sic: oīs ppositio significat verū vel falsum. sed nō oīs significat verum: ergo oīs significat falsum. ꝯña pbatur: q: arguendo a tota disiunctiua cū destructione vnius partis ad positioneʒ alterius a est semper bona ꝯsequentia.

Ad primū dicitur q̄ verum est de respectu reali sed nō de respectu rationali cuiusmodi sunt scđe intētiones. Ad scđʒ dr̄ q̄ nō est pprie ppositio cum sm̄ se totam nō significet verū neqʒ falsum: lʒ bn̄ includat ppositionē. Ad tertium dr̄ q̄ ista ppositio oīs ppositio significat veruʒ vl' falsum pōt esse disiunctiua vl' de disiuncto extremo. si sit disiunctiua est falsa. et tunc ꝯña est bona: sed sicut aīs est falsum: ita et consequens: sed si ipsa sit de disiuncto extremo: tunc ipsa est vera: sed tunc nō valet consequentia. ¶ Tertio.

Subiectū est illud de quo aliud dicitur: scʒ p̄dicatū. Predicatū est qđ dicitur de alio. s. de subiecto. Propositionū cathegoricaꝝ. alia vl'is. alia pticularis: alia indefinita: et alia singularis. Propositio vl'is est illa in qua subijcitur terminus cōis signo vl'i determiatus vt oīs hō currit. Terminus cōis est q̄ est aptꝰ natus predicari de pluribꝰ: vt hō de sorte et de platone. Signa vl'ia sunt hec omnis nullus quilibet neuter et similia.

Quid sit significare verum.

Quid sit significare falsum.

Quid sit propō cathegorica.

Quid sit ppō de scđo adiacente.

Quid sit ppō de tertio adiacente.

Intellectus diffinitionis subiecti.

¶ Sciendū est primo q̄ ꝓ declaratione textus supponit̄ p̄mo q̄ diffinitio subiecti sic est intelligenda: subiectū est de quo explicite vel implicite mediāte copula affirmata vel negata dr̄ p̄dicatū: sed diffinitio p̄dicati sic est intelligēda: p̄dicatū est qd̄ explicite vel īplicite mediāte copula affirmata vel negata dr̄ de alio. ꝛ ita intelligenda est de ꝓpōnibus de simplici copula. ¶ Secūdo supponit̄ q̄ duplex est subiectū. s. distributionis ꝛ enūciatiōis. vn̄ subiectū distributiōis est terminus cōis distribut⁹ positus a parte subiecti: vt cuiuslibꝫ hoīs oculus est dexter: ibi ly hominis est subiectū distributionis: sed subiectuꝫ enūciationis est illud de quo principalr̄ dr̄ p̄dicatum.

Duplex ē subm.

¶ Supponit̄ tertio q̄ de subiecto ꝓpositionis ponūtur aliq̄ regule. Prima est quādo in aliqua ꝓpōe a pte subiecti ponitur aggregatum ex recto ꝛ obliquo: siue rectus p̄cedat siue nō: tunc totū aggregatuꝫ ex recto ꝛ obliquo est subiectū: vt asinus hoīs currit: ibi totū hoc asinus hoīs est subiectuꝫ. ¶ Scd̄a regula est qn̄ a pte subiecti ponit̄ substantiuū ꝛ adiectiuū: tunc aggregatū ex illis est subiectū: vt hō albus currit: ibi totū hoc homo albus est subm. ¶ Tertia regula est qn̄ a pte subiecti: ponit̄ qui vel q̄ vel qd̄: tūc totū p̄cedens sm̄ verbū est subiectum: vt sortes q̄ est bon⁹ studet totū hoc. sortes q̄ est bonus est subiectū. ¶ Quarta regula est quādo a pte subiecti ponit̄ solus obliqu⁹: vt hic in fornace est panis: tūc ille solus obliquus nō est subiectum: sed debet intelligi aliq̄s rectus scilꝫ ens.

Regle de subo propositiōis

¶ Quarto supponitur q̄ pro p̄dicato ponitur talis regula qn̄ post copulā ponit̄ solus obliqu⁹ tūc nō est p̄dicatū: sed intelligit̄ ens vt lapis est in mari. i. lapis est ens in mari ꝛ sic de alijs.

Sciendū est secundo q̄ ꝓ declaratione textus supponitur primo q̄ propō cathegorica de simplici subiecto diuidit̄ in vl̄em particularem indefinitā ꝛ singularē: ꝛ est talis diuisio penes quātitatē capiēdo q̄ntitatē metaphorice ꝓ proprietate ꝓpōnis ꝓ quā denotat̄ subiectū sic vel sic accipi. ¶ Scd̄o supponit̄ q̄ duplex est propō cathegorica: quedā est de simplici subiecto vt hō currit. alia de subiecto cōposito seu mixto: vt cuiuslibet hoīs ocul⁹ est dexter. Vn̄ ibi diuidit̄ ꝓpō cathegorica de subiecto simplici ꝛ nō cōposito. nam aliter essent multe propōnes q̄ nō essent alicuius quātitatis sicut ista cuiuslibet hoīs oculus est dexter. que neqꝫ ē vniuersalis neqꝫ ꝑticularis: sed est mixte quātitatis scꝫ vl̄is ꝛ indefinita. ¶ Tertio supponit̄ q̄ diffinitio ꝓpōnis vl̄is sic est intelligenda: est in qua explicite vel implicite formalr̄ ꝛ equiualenter subijcit̄ termin⁹ cōis signo vniuersali nō īpedito deteriatus vel ab aliquo supplēte. ꝛ ponit̄ implicite ꝓpter tales propōes nihil est in poto: quilibet currit: in quib⁹ explicite nō subijcit̄ termin⁹ cōis: sed solū īplicite dr̄ equiualēter. nam si a. īponeretur ad significandum tantū quātū oīs homo currit: tunc a. esset propositio vl̄is: et tamē formaliter nō haberet terminū cōem determinatū signo vniuersali: sed solū equiualenter. ¶ Dicitur notāter nō impedito ꝓpter istas propōnes: nō oīs hō currit: nō nullus hō currit que sunt particulares: quia ibi signū impedit̄. ¶ Dicitur notāter ab aliquo supplente vel equiualēte ꝓpter istas propōnes nō homo currit: non quidā homo currit: que sunt vniuersales q̄uis non ponatur signum vniuersale. quia ponitur aliquod equiualens.

Sciendū est tertio q̄ diffinitio termini cōmunis sic est intelligenda: est qui ex modo sue impositionis vel significationis naturalis natus est predicari directe de plurib⁹ essentialiter distinctis vere affirmatiue vniuoce ꝛ diuisim mediāte copula nō ampliata. Et dicitur notāter ex modo sue impositionis propt̄ istos terminos: deus: sol: luna: quibus non repugnat ex modo sue impositionis predicari de plurib⁹. ¶ Dicitur notāter vel significationis naturalis propter terminos cōmunes mētales qui seipsis significant res naturaliter proprie. ¶ Dicit̄ notanter natus propter termios scriptos in libris qui actu non predicantur de pluribus. ¶ Dicit̄ notāter essentialiter distinctis propter istū terminum. hec essentia diuina que predicat̄ de pluribus realiter distinctis. ¶ Dicitur notāter vere affirmatiue vniuoce ꝛ diuisim ꝓpter terminos singulares qui possunt p̄dicari de pluribus false negatiue equiuoce ꝛ coniunctim. ¶ Ex isto sequit̄ q̄ oīe disiunctuꝫ ex aliquibus terminis disiunctis est termin⁹ comunis sicut istud disiunctum petrus vel iohānes: asinus vel homo: quia quodlibet tale potest predicari vere de plurib⁹.

Diffinitio termini cōis

¶ Ex quo sequitur q̄ differentia est inter disiunctum ꝛ copulatum. Nam disiunctum est terminus cōmunis ꝛ copulatum saltem ex terminis singularib⁹ est terminus singularis vt istud copulatū petr⁹ ꝛ iohānes. ¶ Dr̄ notāter mediāte copula non ampliata: quia termini singulares mediante tali copula possunt predicari de pluribus: vt sortes imaginatur esse plato. et petrus imaginatur esse plato.

Dr̄a int̄ disiunctū ꝛ copulatum.

Arguitur primo sic. predicatū nūq̄ dr̄ de subo saltē vere: q2 illa nūq̄ est v̄a subm est p̄dicatū: ergo diffinitio nō est bona. ¶ Scd̄o sic. illa ꝓpō petr⁹ vel hō currit est cathegorica: ꝛ tn̄ nō est vl̄is neqꝫ ꝑticularis neqꝫ indefinita neqꝫ singularis: ergo illa diuisio nō est bona. ¶ Tertio sic. si termin⁹ cōis p̄dicaret̄ de plurib⁹. vel hoc eēt in vna ꝓpōne vel in plurib⁹: nō in vna cū in vna sit tm̄ vnū subiectū: nec in plurib⁹: q2 qd̄ semel dictū est amplius resumi nō potest.

Ad primū dicitur q̄ subiectū et predicatum possunt capi dupl'r. vno modo scd̄e intētionaliter: ꝛ sic non p̄dicantur de seinuicem nisi forte in actu signato: et vt vnū accipitur vt qd̄ ꝛ vnū vt modus. alio mō capiūt̄ p̄re intētionaliter. ꝛ sic vnuꝫ bene predicatur de alio: vt dicēdo petrus est homo. ¶ Ad scd̄m dicitur q̄ talis ꝓpō est proprie indefinita: quia totuꝫ subiectum

ctum est terminꝰ cōis sumptꝰ sine signo. Dicunt tn̄ aliqui ꝙ est mixte ꝙ̄titatis puta simul singularis ⁊ indefinita: ⁊ ꝙ ibi diuidit ꝓpō cathegorica de subiecto simplici ⁊ non mixto. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ terminꝰ cōis ꝑdicat de pluribus in pluribꝰ ꝓpōnibꝰ ⁊ lȝ vnus terinus in se resumi nō possit tamen bene in suo sinonimo.

Propositio ꝑticularis est illa in qua subijcitur terminꝰ cōis signo particulari determinatꝰ. vt quidā hō currit: signa ꝑticularia sunt hec: quidam. alter. aliqs. ⁊ similia. Propositio idefinita est illa in qua subijcitur terminus ꝯmunis sine signo: vt hō currit. Propositio singularis est illa in qua subijcitur terminus discretꝰ vel terminꝰ ꝯmunis cum ꝓnoie demōstratiuo. vt sortes currit: vel ille hō currit. terminus singularis vel discretꝰ est qui aptus natus ē predicari de vno solo. vt sortes de seipso.

Quomodo intelligit diffinitio ꝑticularis

¶ Pro declaratōe textus supponit p̄rio ꝙ diffinitio ꝓpōnis ꝑticularis sic est intelligēda. est in qua explicite vel implicite formalr̄ vel equiualēter subijcit terminꝰ cōis cōiter tētus signo ꝑticulari ꝑticulariter tēto nō ipedito determinatus vel aliquo supplēte. Unde iste ꝑticule satis possunt patere ex dictis in ꝓpōne vli. Secundo supponit ꝙ duo sunt gradꝰ ꝓpōnū ꝑticularium. Primus est in quo ponūtur ꝓpōnes in quibꝰ subiecta supponūt deteriate vt quidā hō currit. Secūdus est in quibꝰ subiectū supponit cōfuse tm̄: vt a. hō currit posito ꝙ ly a. sit signū ꝯfusum tm̄. ¶ Tertio supponit ꝙ signū ꝑticulare est qḋ denotat terminū cui addit accipi ꝓ oīmbus suis suppositis disiūctiue ⁊ sunt duplicia: quedā sunt pure sincathegorematica: vt ꝗdam: aliqs. alia sunt ꝑtim cathegorematica: vt aliqd: aliquotiēs: aliquādo. ¶ Quarto supponitur ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ꝓpō dicat ꝑticularis aliq̄ ꝯditiones reqrunt.

Conditōnes reqsite ad propositōem particularem.

¶ Prima ꝙ terminus cōis ponat a pte subiecti: adeo illa nō est ꝑticularis: sortes est aliqs hō. ¶ Secunda: ꝙ tale signū teneat ꝑticulariter. io illa nō est particularis quidā est signū particulare. ¶ Tertia ꝙ tale signū nō ponatur inter partes subiecti. sed ꝑ ponatur toti subiecto. ideo illa nō est particularis: asinus alicuius hominis currit.

Quomodo intelligit diffinitio propositōis idefinite

Secūdo sciēdum est ꝙ diffinitio ꝓpositōis indefinite sic est intelligēda. est ꝓpō cathegorica in qua explicite vl' implicite formaliter vel equiualēter subijcit terminꝰ cōis communiter tētus vel singularis cōiter tentus sine signo ꝙ̄titatiuo ⁊ negatōe negāte nō ꝑcedente. Dicit notāter explicite vel implicite propter illa verba pluit: tonat: que faciunt propositionē indefinitam cū subordinetur propositionibꝰ mētalibus indefinitis: vt ista pluit subordinat isti ꝓpōni mētali natura pluit. Dicit notāter formaliter vel equiualēter propter illā litteram a impositā ad significandū tm̄ ꝙ̄tum hō currit ꝙ esset ꝓpō indefinita. Dicit etiā terminꝰ singularis cōiter tentus. ꝓpter istas ꝓpōes sortes est dictio dissillaba: sortes est nomē vocale in ꝗbus licet ponat terminꝰ singularis sunt tn̄ indefinite: qꝛ talis terminꝰ tenet cōiter qm̄ terminꝰ singularis dr̄ teneri cōiter qn̄ sibi vt sic tento nō repugnat supponere ꝓ pluribus vniuoce ⁊ diuisim. Dicitur notāter sine signo ꝙ̄titatiuo ꝓpter istas ꝓpōnes: solus hō currit: tantū hō currit: que sunt indefinite quia talia signa nō sunt ꝙ̄titatiua. i. nō variāt quātitatē ꝓpōnis. Dicitur notāter nulla negatōe negāte ꝑcedente: quia si poneret negatio esset vlis: vt ista nō hō currit. Et dr̄ notāter negāte. qꝛ negatio infinitās non variat ꝙ̄titatem ꝓpōnis: vt ista est indefinita nō hō currit: si ly nō sit negatio infinitās. sequitur ex istis ꝙ ille sunt indefinite hō est species: aīal est genus cum subiectis earū nō repugnet addi signū vniuersale ꝙ tn̄ repugnat subiectis ꝓpōnum singularium. sequitur ex hoc probabiliter ꝙ due indefinite possunt esse vere cōtradictorie vt alias magis videbitur.

Intellectus diffinitōis singularis.

¶ Sciendum est tertio ꝙ diffinitio ꝓpōnis singularis sic est intelligenda: est illa in qua explicite vel iplicite formalr̄ vel equiualenter subijcit terminꝰ singularis singulariter tentus vel terminꝰ cōis cū ꝓnomie primitiue speciei determināte totū subiectū. ¶ Dicit notāter singulariter tētus propter istas ꝓpōes: sortes est dictio dissillaba ꝗ est indefinita. Unde terminꝰ singularis dr̄ teneri singulariter qn̄ sibi vt sic accepto repugnat supponere pro pluribus vniuoce ⁊ diuisim. ¶ Dicit notāter cū ꝓnoie primitiue spēi: qꝛ si esset deriuatiue tūc eēt indefinita: vt meus equus currit: noster hō venit. ¶ Dicit notāter deteriate totū subiectū: qꝛ si ꝑcise deteriaret vnā partē tūc nō esset singularis: vt istius hoīs oculus est dexter. Unde pro maiori declaratione supponit ꝙ terminꝰ singularis est cui ex modo sue ipositiōis repugnat ꝑdicari de pluribꝰ essentialr̄ distinctis diuisim vere affirmatiue ⁊ vniuoce directe mediāte copula nō ampliatiua. ¶ Dicitur notanter ex modo sue ipositionis propter illos termīos mūdꝰ sol luna quibꝰ nō repugnat ꝑdicari de pluribus. ¶ Dicit notāter essentialr̄ distinctis ꝓpter illū terminū hec essentia ꝗ ꝑdicat de luribꝰ realr̄ distinctis. ¶ Dicitur notāter diuisim propt illū terminū isti hoīes qui ꝑdicat de pluribꝰ copulatim. ¶ Dicitur notāter vere ⁊ affirmatiue vniuoce. nam ille terminus sortes bene predicatur de pluribus false negatiue ⁊ equiuoce.

Arguitur sic primo in ista ꝓpositione hō videns quendam asinū currit subijcit terminꝰ cōis signo ꝑticulari deteriatus: ⁊ tn̄ nō est ꝑticularis sed indefinita: ergo diffinitio propositionis ꝑticularis nō ē bona. ¶ Scḋo sic, in

illa propōne hō est spēs subijcit̄ termin⁹ cōis si ne signo quātitatiuo: τ tñ nō est indefinita: ergo diffinitio ꝓpōnis indefinite nō est bona. ꝙ non sit indefinita ptz: quia tūc due ꝯtradictorie essent simꝉ vere. nam illa propō nullus hō est species q̄ esset ei⁹ ꝯtradictoria est vera: τ etiam illa hō est spēs: ergo. ❡ Tertio sic. in illa propositione mei asini interest currere subijcit̄ termin⁹ cōmunis mediāte pronoīe primitiue spēi: τ tñ nō est singularis: quiā subiectū eius predicatur de pluribus puta de quolibet meo asino resoluendo obliquum in rectum.



Ad primū dicitur ꝙ oportet ꝙ tale signū ꝑticulare ponat̄ in principio subiecti et ꝙ determinet totū subiectuʒ. ❡ Ad scōm dr̄ ꝙ illa ꝓpō hō est spēs est indefinita cum subiecto eius nō repugnet addi signū vl̄e. Et ad īprobatione dr̄ qd̄ illa ꝓpō nullus hō est spēs non est sua ꝯtradictoria cum termini eodē gñe suppositionis nō supponāt: sʒ ei⁹ ꝯtradictoria erit magis illa hō nō est spēs: neqʒ est incōueniēs duas indefinitas quarū subiecta supponūt simpl'r eē cōtradictorias. ❡ Ad tertiū dr̄ ꝙ ly mei cap̄it̄ dupl'r. s. ꝑmitiue τ deriuatiue. si deriuatiue tūc ipa est indefinita vel particularis: et est sensus alicui⁹ entis qd̄ est meus asin⁹ interest currere. si vero capiatur primitiue hoc est dupl'r. nam ly mei pōt esse adiectiuum de ly asini: τ tūc est sensus mei qui sum asin⁹ interest currere: τ tunc est singularis: vel ly mei regitur de ly asinus ex vi possessionis: et tunc est sensus asini mei interest currere: τ tunc est indefinita.

De diuisione ꝓpōnis in affirmatiuam τ negatiuam

Item ꝓpōnū cathegoricaruʒ alia est affirmatiua: alia negatiua. affirmatiua est illa in qua predicatū affirmatur de subiecto: vt hō currit. Negatiua est illa ī qua predicatū negat̄ de subiecto: vt hō nō currit. Diuisa ꝓpōe tripl'r. Sciendū est qd̄ triplex est quesitiuuʒ per qd̄ querim⁹ de ipsa ꝓpōne scʒ que: qualis: τ quāta: q̄ q̄rit de substantia ꝓpōnis: iō ad questionē factā per que respōdendū est cathegorica vel ipothetica qualis q̄rit de qualitate propōnis: iō ad questionē factaʒ ꝑ qualis respōdendum est affirmatiua vel negatiua. quāta q̄rit de quātitate: ideo ad īterrogationeʒ factā ꝑ quāta respondendū est vl'is: vel ꝑticularis: vel īdefinita: vel singularis. vñ ꝟsus. Que ca. vl' ip. qualis ne. vel af. v. quāta par. in. sing.

❡ Primo sciendū est ꝙ ꝓ declaratione textus supponit̄ primo ꝙ tertia diuisio propōnis q̄ est penes q̄litatē ꝓpōnis est in affirmatiuā τ negatiuā q̄ qualitas ꝓpōnis nō est aliud ꝙ affirmatio τ negatio propōnis. ❡ Et aduerte ꝙ ibi est diuisio propōnis cathegorice de simplici copula sicut ista: hō est aīal: τ nō de copula mixta sicut ista chimera est vl' nō est. Vñ supponit̄ scdo ꝙ sicut sunt aliq̄ ꝓpōnes mixte q̄titatis que simul sunt vl'es τ ꝑticulares. ita sunt aliq̄ ꝓpositiones q̄ sunt mixte q̄litatis τ affirmatiue τ negatiue: vt ista chimera est vel nō est. et hoc tenēdo ꝙ ly vel cōiūgat inter termios sicut de rigore logices facit. Ex quo sequuntur aliq̄ correlaria. Primū ꝙ nō opʒ oēs cōtrarias esse diuerse q̄litatis supple in genere. i. vnā affirmatiuam τ aliā negatiuā. Scdo sequit̄ ꝙ multe sunt ꝓpōnes cathegorice q̄ nō sunt affirmatiue neqʒ negatiue. sed simul affirmatiue τ negatiue. cuiusmodi est ista qd̄libet est vel nō est: qr q̄ rōne est affirmatiua eadē rōne est et negatiua. Sequit̄ tertio ꝙ sicut sunt aliq̄ propōnes q̄ sunt de subiecto vel ꝑdicato disiūcto vel copulato puta in quibus partes subiecti vel ꝑdicati ꝯiungunt̄ ꝑ cōiunctionē disiunctiuā vel copulatiuā: ita sunt aliqu proposiriones de copula disiuncta vl' copulata vt chimera est vel non est.

Sciendum est scdo ꝙ propositio affirmatiua est in q̄ explicite vel īplicite. enūciatur ꝑdicatū de subo mediāte copula principali vel pricipaliori ꝑte affirmata vt hō est aīal. Et dr̄ notāter explicite ꝓpter istas ꝓpōnes petrus currit: petrus dormit. in q̄bus explicite ponitur copula τ ꝑdicatū. ❡ Dr̄ etiā notāter īplicite ꝓpter istā litterā a. q̄ si īponeret̄ ad significandū tm̄ q̄tum hō currit solū īplicite τ equiualenter haberet copulā τ ꝑdicatū. ❡ Dr̄ notāter mediāte copula principali ꝓpter ꝓpōnes in quib⁹ ponit̄ īplicatio in quib⁹ ponit̄ copula principalis et min⁹ principalis. vt sortes q̄ nō currit disputat: q̄ simpl'r est affirmatiua cū pricipalis copula inclusa in ly disputat nō negat̄. ❡ Dr̄ notanter. vel principaliori ꝑte. ꝓpter propōnes modales in quib⁹ multoties solū pricipalis ps copule negat̄: vt sortē possibile est nō currere. Vñ copula principalis est illa cui⁹ exigētiam extrema ordinant̄ adinuicē. Sed ꝓpō negatiua est in q̄ explicite vel īplicite enūciat̄ ꝑdicatum de subiecto mediante copula principali vel principaliori ꝑte negata. Ex quo sequit̄ ꝙ multe sunt propōnes negatiue in quib⁹ ꝑdicatū nō negatur de subiecto vt in propōnib⁹ de mō loquēdi icōsueto vt hō asinus non est. ibi asinus est predicatum: tamē non negatur de subiecto: sed bene negatiue enunciatur de subiecto ꝙ sufficit ad propositionem negatiuam.

Propositionis affirmatiue diffinitio

Propōis negatiue diffinitio

Sciendū est tertio ꝙ quesitiuum propositionis est duplex. scʒ pricipale quod nō est nisi res querēs aliquid de aliquo. Aliud est instrumētale τ min⁹ principale ꝙ non est aliud ꝙ terminus ꝑ quē querit̄ de aliqua re. τ de isto est hic ad propositū. ❡ Pro cuius declaratione supponitur ꝙ ibi nō determinat̄ de omib⁹ quesi

De q̄sitiuo ꝓpōis

tiuis propōnis: sed solū de his q̄ proportionabiliter se hn̄t ad triplicē diuisionē propōnis cathegorice. ita q̄ sicut triplex ē diuisio propōnis cathegorice: ita sunt tria quesitiua scz quod q̄rit de substātia propōnis puta vtrū sit cathegorica vel ypothetica. qualis de qualitate: puta vtruz sit affirmatiua vel negatiua quāta de quātitate puta vtrū sit vl'is particularis indefinita vl' singl'aris. Ex quo seq̄tur q̄ plura sunt q̄sitiua propositionis p q̄ potest queri de ipa propōne. s. an ne vtruz. ¶ Scd'o sequit̄ q̄ tm̄ sufficiūt tria q̄sitiua fm numerū triū diuisionū propōnis prius positarū: ꝛ illa tria solū enumerauit petr⁹ hyspanus. ¶ Tertio supponitur q̄ illa tria directe ꝛ per se ꝛ vsitate querunt de propositione cathegorica: licet secundario possint querere de propositione ypothetica.

Propositionū cathegoricarum diuisio.

Arguitur sic primo. ista propositio: nihil ꝛ nemo mordēt se in sacco est cathegorica: ꝛ tm̄ non est affirmatiua neq̄ negatiua: igit̄ diuisio nō est bona q̄ nō sit affirmatiua patz. q̄ ibi ponit̄ negatio i ly nihil. ꝛ q̄ nō sit negatiua ptz. q̄ ibi ponūtur due negatiōes. ¶ Scd'o sic. ista propō q̄olibz est vel nō est: est cathegorica. ꝛ tm̄ nō est affirmatiua neq̄ negatiua. q̄ qua rōne diceret̄ affirmatiua eadē rōne diceret̄ negatiua cū ad ptē pricipalē copule ponat̄ negatio. ¶ Tertio sic. ista propō hō qui currit [struck through] mouetur est affirmatiua: ꝛ tamen predicatum negatur de subiecto: igitur.

Ad primā dicitur q̄ si negatio inclusa in ly nihil tenet̄ negāter. ꝛ scd'a inclusa in ly nemo infinitāter: tūc est negatiua ꝛ vl'is. ꝛ tm̄ valet sicut nullum existēs non hō mordet se in sacco: vel negatio inclusa in ly nihil pōt teneri infinitāter: ꝛ scd'a inclusa in ly nemo negāter: et tunc est affirmatiua ꝛ idefinita, ꝛ equalet isti exn̄s nō hō ꝛ nullus hō mordet se in sacco: ꝛ eodem mō posset dici de ista nihil ꝛ chimera sunt fratres. ¶ Ad scd'm dr̄ q̄ talis propō nō est affirmatiua neq̄ negatiua: sed est affirmatiua et negatiua simul: ꝛ qn̄ dr̄ q̄ oīs propō cathegorica est affirmatiua vl' negatiua debz intelligi de ꝑpōe cathegorica simplicis copule ꝛ nō mixte copule. ¶ Ad tertiū dr̄ q̄ licet p̄dicatū minus principale negetur de subiecto nō tamē p̄dicatū pricipale. dico etiā q̄ ad ꝑpōnē negatiuā nō requirit̄ q̄ p̄dicatū neget̄ de subiecto. sz sufficit q̄ enunciet̄ de subiecto mediante copula principali vel principaliori parte negata.

Itē ꝑpōnū cathegoricarū. quedaz participant vtroq̄z termio: vt hō est aīal: hō nō est aīal. alie ꝑticipāt vno tm̄: vt hō currit: hō disputat. Itē ꝑpositionū ꝑticipantiuz vtroq̄z termino alie ꝑticipant ƒz eundē ordinē: vt hō currit: hō non currit. alie vero ordine ecōuerso: vt hō est aīal. animal est hō.

Itē ꝑpositionū vtroq̄z termino participantiū fm eundē ordinem alie sunt cōtrarie. alie subcōtrarie. alie cōtradictorie. alie subalterne. Contrarie sunt vl'is affirmatiua et vl'is negatiua eiusdē subiecti: et eiusdē predicati. vt oīs homo currit. nullus homo currit. Subcontrarie sunt particularis affirmatiua et ꝑticularis negatiua eiusdē subiecti ꝛ eiusdē predicati vt quidā homo currit: quidā hō non currit. Contradictorie sunt vl'is affirmatiua ꝛ ꝑticularis negatiua vel vl'is negatiua ꝛ ꝑticularis affirmatiua eiusdē subiecti ꝛ eiusdē p̄dicati: vt oīs hō currit: q̄dam hō nō currit nullus hō currit q̄dā hō currit. Subalterne sunt vl'is affirmatiua ꝛ ꝑticularis affirmatiua. vel vl'is negatiua ꝛ ꝑticularis negatiua eiusdē subiecti ꝛ eiusdē p̄dicati: vt oīs hō currit q̄dam hō currit: nullus hō currit quidam homo nō currit.

¶ Uidendū est ꝯsequēter de oppositionibus ꝛ legib⁹ ꝑpōnuz. Pro cui⁹ declaratione supponitur p̄mo: q̄ tres sunt diuisiones ad habēdum ꝑfectā cognitionē de oppositionib⁹ ꝑpōnum. Prima est ꝑpositionū cathegoricarū q̄daz participant vtroq̄z termio: que scz cōstituunt̄ ex similib⁹ termīs vel sibi sinonimis: vt hō est aīal: homo nō est aīal: q̄dam altero tm̄ que sic se habent q̄ aliq̄s termin⁹ vnius est ꝯsimilis alicui termino alteri⁹ vel sibi sinonimus. vt hō ē aīal homo est asin⁹ q̄dam vero nullo que sic se hn̄t q̄ nullus termin⁹ vnius est ꝯsimilis termino alterius. ¶ Secūdo supponit̄ q̄ scd'a diuisio est ista ꝑpōnum cathegoricarū vtroq̄z termio participantiū quedā participāt ordine eodē puta ille q̄ sic se hn̄t q̄ subm ꝛ predicatū vnius sunt ꝯsimilia subiecto ꝛ p̄dicato alteri⁹. vt hō currit homo nō currit. q̄dam vero ordine ꝯuerso q̄ sic se hn̄t q̄ subiectū vnius est ꝯsimile p̄dicato alterius ꝛ econtra vt homo est aīal: aīal est homo. ¶ Tertio supponit̄ q̄ tertia diuisio est ista. ꝑpositionū cathegoricarū vtroq̄z termio ꝑticipātiū ordine eodē q̄dā opponunt̄ ꝯtre q̄dā ꝯdictorie q̄dā subalterne ꝛ q̄dā subcōtrarie. ¶ Quarto supponit̄: q̄ ibi nō loq̄tur de oppositione terminorum: sz solum p̄cise ꝑpōnuz vtroq̄z termino participantium ordine eodem. Et aduerte q̄ proprie propositiones dicūtur opposite que non habent proprie esse in eodem simul̄ quo ad assensum et dissensum: licet bene quo ad apprehensionem.

Tres diuisiones ad habēdum ꝑfectam cognitionē de oppōibus ꝑpōnum.

Conditiones requisite ad hoc q propones opponant contrarie.

Sciendum est scdo q prima spes oppositionis propositionum est oppositio contraria. Pro cuius declaratione est aduertendum ad hoc q alique propones opponantur contrarie alique conditiones requiruntur. ¶ Prima q tales propones participant vtroq termino ordine eodem: et talis conditio est cois ad oes oppositiones: sic q nunq alique propones opponuntur nisi participant vtroq termino ordine eode. ¶ Scda conditio q sint diuerse qualitatis saltem in propositionibus q non sunt de copula mixta: quia nullus potest esse eiusdem qualitatis in genere: vt ois ho est vel no est aial: ois ho no est vel est aial. ¶ Tertia coditio q termini talium propositionum supponant eodem genere suppositionis et ista est cois ad oes oppositiones. ¶ Quarta coditio q termini teneantur vniuoce: ideo iste non contrariantur: ois canis currit: nullus canis currit. ¶ Quinta conditio est q termini teneantur eque ample et eque stricte in vna sicut in alia: ideo iste no contrariantur: omis ho currit: nullus ho currit: cum ho in prima teneatur pro viris et mulieribus: et in secunda pro viris tantum. ¶ Sexta conditio q termini eodem modo appellent: ideo iste due non contrariantur: ois ho venientem cognoscit: et nullus ho cognoscit venientem. ¶ Septima coditio est: q si in propositione affirmatiua ponatur particularis. i. terminus supponens determinate vel confuse tantum in negatiua no debet poni particularitas. ideo iste non contrariantur: ois ho est aial: ois ho aial non est. ¶ Octaua conditio est: q particularitas in vna sit vniuersalitas in alia defectu cuius iste no contrariantur cuiuslibet hois asinus currit: cuiuslibet hois asinus no currit. ¶ Nona coditio est. q si in talibus propositionibus ponatur disiunctum copulatum vel coditionatum ipm totum debet distribui in vtraq: vel si solum vna pars distribuatur in vna in alia negatio debet ferri ad coniunctionem: ideo iste non contrariantur: omnis homo vel asinus currit: omnis homo vel asinus no currit: cum possint simul esse vere.

Conditiones requisite ad contradictorias.

Sciendu est tertio q ad cotradictorias multe coditiones requiruntur. ¶ Prima est q terminus distributus in vna non debet distribui in alia vel econtra terminus non distributus in vna debet distribui in alia nisi accipiatur vnica acceptione cu suo determinabili. quia tunc termini vniformiter se habent: vt sortes vides oem hoiem currit: sortes vides oem hoiem no currit. Scda coditio est q si aliquis terminus in vna contradictoriarum supponat confuse: et distributiue respectu termini supponentis cofuse tantum: tunc talis terminus debet supponere determinate. Tertia conditio est q terminus supponens cofuse et distributiue respectu termini supponentis determinate debet in sua contradictoria supponere cofuse tantum: vt caput habet ois ho: nullum caput habet ois ho. Quarta conditio est q terminus supponens confuse tantum respectu proprii signi confusiui in sua cotradictoria debet supponere confuse et distributiue distributione incompleta et imperfecta: vt promitto tibi equum ego no promitto tibi equum: et cum hoc multe alie conditiones requiruntur que videbuntur in logica.

Arguitur primo iste no opponuntur contrarie cuiuslibet hois asinus currit et cuiuslibet hois asinus no currit cum possint simul esse vere et tamen vna est vlis affirmatiua: et alia vlis negatiua: igitur. no bene diffiniuntur contrarie. ¶ Scdo sic: iste sunt vlis affirmatiua et vlis negatiua ois ho vel asinus currit: ois homo vel asinus non currit et tamen no sunt contrarie cum possint simul esse vere. ¶ Tertio: iste sunt contradictorie sortes currit sortes non currit: et tamen non sunt vlis affirmatiua et particularis negatiua.

Ad primum dicitur q plus requiritur. s. q terminus q stat determinate vel confuse in affirmatiua stet confuse et distributiue in negatiua. ideo sua contraria est ista cuiuslibet hois nullus asinus currit et sic de aliis. ¶ Ad scdm dicitur q si in aliqua propositione ponatur disiunctum copulatum vel coditionatum et secunda pars no distribuatur tunc negatio debet ferri ad coniunctionem: ideo contraria istius ois homo vel asinus currit est ista ois homo no vel asinus currit. ¶ Ad tertium dicitur q solum ibi diffiniuntur contradictorie de subiecto coi et no de subiecto singulari cuiusmodi sunt iste sortes currit sortes non currit.

¶ Alia lectio.

Conditiones requisite ad subcontrarias.

[S]ciendu est primo q aliq conditiones requiruntur ad subcotrarias. Prima q participant vtroq termino ordine eodem. i. q sint de terminis sinonimis. Scda q sint diuersarum qualitatum. Tertia q termini vtrarumq teneantur vniuoce eque ample et eodem modo appellant e defectu primi iste no sunt subcotrarie canis est animal latrabile canis no est animal latrabile. defectu scdi iste no subcotrariantur: ho est albus: ho non fuit albus. vel iste ho est albus quidam homo no est albus. defectu tertii iste non subcontrariantur homo cognoscit venientem homo venientem non cognoscit. Quarta conditio est: q quelibet vniuersalitas in vna sit particularitas in alia. defectu cuius iste non sunt subcontrarie. homo omne animal est. homo non est animal. Quinta q si in affirmatiua ponatur vniuersalitas debet poni in negatiua. defectu cuius iste no sunt subcontrarie. aliquo tempore risibile est omnis homo. aliquo tempore nullum risibile est omnis homo. quia sunt simul false.

Conditiones requisite ad hoc q propones opponant subalterne.

Sciendu est secundo q alique conditiones requiruntur ad hoc q propositiones opponant subalterne. Prima q participant vtroq termino ordine eodem. i. q sint de terminis sinonimis. Secunda q sint eiusdem qualitatis. Tertia q termini teneantur vniuoce eque ample et eodem modo appellate vt faciliter potest dari exemplum. Quarta q vna habeat plus de vniuersalitate q alia ratione cuius inferat aliam in bona consequentia: defectu cuius iste non sunt subalterne omni tempore risibile est omnis homo et aliquo tempore risibile est omnis homo. quia licet prima habeat plus de vlitate q scda non tamen infert secundam in bona consequentia cum possit esse vera et secunda falsa.

Sciendū est tertio q̄ quādo contradictorie diffiniunt: diffiniuntur contradictorie de subiecto cōmuni et non de subiecto singulari. ideo licz iste sortes currit: sortes nō currit nō sint vniuersalis affirmatiua et particularis negatiua: tamē sunt vere cōtradictorie. nā singularis affirmatiua et singularis negatiua semper contradictorie opponūtur. ¶ Aduerte vlterius q̄ proprie est differentia inter ꝓpositionem subalternantē subalternatam: et subalternā. Propositio subalternans est propositio vniuersalis seu plus habens de vniuersalitate que infert aliam in bona consequētia. sed ꝓpositio subalternata est ꝓpositio particularis vel indefinita vel minus habēs de vniuersalitate que nata est inferri a subalternante. sed propositio subalterna dicitur tam ꝓpositio subalternans q̄ subalternata. Ex quo sequit̄ q̄ omnis ꝓpositio subalternata est subalterna. sed nō econtra: q: subalternās bene est subalterna. sz nō est subalternata.

Quid est ppō sub: alternās

Primo arguitur sic. due subcontrarie nullo modo repugnant adinuicē: ergo male dicitur q̄ sunt alique ꝓpositiones apposite subcontrarie. añcedēs ptz. quia si repugnarēt hoc esset in veritate vel falsitate: non in veritate cū possint simul esse vere: nec in falsitate cum possint simul esse false. vt ille due quidaz hō omne animal est. et quidā homo nullū animal est. Secundo sic. iste sunt subcontrarie in materia naturali. s. homo est cōmunicabilis homo nō est cōmunicabilis. et sunt simul vere. de secunda patz quia omnes eius singulares sunt vere: igitur illa indefinita erit vera. ¶ Tertio sic. subalterne inferunt se in bona consequentia. ergo nō repugnant adinuicem. et per ꝯsequēs nulla erit oppositio subalterna.

Dicitur ad primuz q̄ subcontrarie nō possunt simul esse false. et ad probationez dicitur q̄ ille nō sunt subcōtrarie: q: quādo in affirmatiua est vniuersalitas nulla dz esse in negatiua ideo subcontraria istius quidā homo omne animal est. nō est illa quidā hō nullū animal est sed est illa quidaz homo animal non est. ¶ Ad secundū dicitur q̄ ille due scz homo est cōmunicabilis homo nō est cōmunicabilis nō sunt proprie subcōtrarie. sed magis cōtradictorie. sicut visuz est de istis: homo est species. homo nō est species. Dicitur vltra q̄ tales indefinite non requirunt ad earū veritatem. veritatē aliquaruz singulariū vel alicuius singularis. Ex quo seq̄tur q̄ aliquādo indefinita est vera vbi nulla eius singularis est vera. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ subalterne proprie non opponuntur nisi capiendo oppositionē large pro repugnantia propositionum aliquarū in quantitate. ideo phūs de ipsis nullam fecit mentionem.

Figura sequitur.

Quilibet hō currit.
contrarie.
Nullꝰ hō currit.
subalterne.
contradictorie
subalterne.
Quidam hō currit.
subcontrarie
Quidā hō nō currit.

Propositionum triplex est materia. scz naturalis: contingens. et remota. Naturalis est illa in qua ꝑdicatuz est de essentia subiecti vl̄ ꝓpriū eiꝰ vt homo est aīal vel homo est risibilis

Primo sciēdū est q̄ materia ꝓpositionis pōt capi dupliciter. Uno mō pōt capi materialr. et sic per materiā ꝓpositionis nō intelligitur aliud q̄ subz et predicatū ꝓpōnis. Alio mō capit̄ formalr. et sic nō est aliud q̄ habitudo extremoꝝ adinuicē vt materia huiꝰ ꝓpōnis hō est aīal nō est aliud q̄ habitudo hoīs et aīalis inter se. Pro cuius declaratiōe supponit̄ primo q̄ sicut est aliq̄ materia ꝓpositiōis: ita etiā est aliq̄ forma. et est duplex. s. essentialis et accidētalis. Essentialis est copula. Accidētalis nō est aliud q̄ quātitas et qualitas ꝓpositiōis. Ex quo sequit̄ q̄ oīs ꝓpō cathegorica saltē de inesse est de eadē forma essentiali: q: est de eadē copula. sz nō q̄libet ꝓpō cathegorica est de eadē forma accidētali: q: vna est affirmatiua: et alia negatiua. alia vlisalis alia particularis. Supponit̄ scdo q̄ ꝓpō ꝓprie nō est in materia. ideo ista est falsa. ꝓpō est in materia. sed debz dici q̄ ꝓpositio est de materia ita q̄ capit̄ ibi in ꝓ de. vnde querere aliquā ꝓpositionē esse in materia non est aliud q̄ querere de qua habitudine extremorū est talis propositio seu de quibꝰ terminis est talis propositio.

Sciendum est secundo q̄ materia ꝓpōnuz est triplex vel meliꝰ triplex est materia ꝓpositionis. s. naturalis: cōtingēs: et remota. nā cuiuslibet ꝓpōnis extrema sic se hñt q̄ vnū non pōt vere et affirmatiue cōpetere alteri. et sic est materia remota vel vnū cōpetere pōt alteri: et hoc dupliciter: q: vnū cōpetit alteri per se. et sic

BIBLIOTECA UNIV. SEVILLA

Tractatus secundus.

est materia naturalis: vl' accidentaliter. ⁊ sic est materia cōtingens. Unde ex istis supradictis sequuntur alique ꝓpositiones. prima est ꝙ ꝓpositio de predicatione directa ⁊ indirecta sibi correspondens sunt de eadem materia. ⁊ ꝓpositio negatiua ⁊ affirmatiua: vl'is particularis indefinita ⁊ singularis. de ꝯsimilib⁹ terminis sunt de eadē materia. Ex quo sequitur ꝙ oēs ꝓpōes opposite admuicē sunt in eadē materia cū oēs tales cōponant ex cōsimilib⁹ terminis. Secūdo sequitur ꝙ multe sunt ꝓpositiones in materia naturali que sunt īpossibiles. vt ista omne aīal est homo. null⁹ homo est animal. Secūda ꝓpositio. in quacunqꝫ materia est ꝓpositio cathegorica de inesse de presenti in eadē materia est ꝓpositio de preterito et futuro. ⁊ ꝓpō modalis diuisa de quocunqꝫ modo sic. qꝛ omnes tales constituuntur ex cōsimilibus terminis.

Que sit materia naturalis.

Sciendū est tertio ꝙ materia naturalis est in qua predicatū est ꝺ essentia subiecti vel ꝓpriū eius que est sic intelligenda: materia naturalis est habitudo extremoꝝ sic se habētiū ꝙ predicatū dicitur de subiecto vere ⁊ affirmatiue per se primo vel secūdo mō. Pro cui⁹ declaratione supponit̄ ꝙ soluꝫ hic diffinitur materia naturalis de predicatione directa: sed si debeat diffiniri vt cōprehendit omnes ꝓpositioēs que in hac materia reponuntur debet sic diffiniri: est habitudo extremorum quorū vnū natum est verificari de alio vere et affirmatiue per se primo vel secundo modo. Ex quo sequit̄ falsitas dicētiū ꝙ solū in hac materia reponunt̄ propositiones necessarie: qꝛ ista homo nō est animal est in ista materia: ⁊ tamē est impossibilis. Et pro maiori declaratione ponunt̄ alique regule. Prima omnis ꝓpositio in qua ꝑdicatur diffinitio de diffinito vel pars diffinitionis de diffinito vl' de inferiori aut superiori ad diffinitū est in ista materia. Secunda regula quādo superius predicat̄ de suo inferiori aut ecōtra est in ista materia: vt homo est animal: aīal est homo. Tertia regula quādo differētia vel ꝓpria passio predicat̄ ꝺ eo cui⁹ est differētia vel ꝓpria passio vel de inferiori vel supiori: aut econtra est in ista materia. exemplū de differētia: vt homo est ratiōalis: petr⁹ est rōalis. aīal est ratiōale. Exemplū de propria passione: vt hō est risibilis: sortes est risibil' aīal est risibile. Quarta quādo idē predicatur ꝺ eodē: m: vel sinonimū de sinonimo. vel cōuertibile de conuertibili: sunt in ista materia. vt hō est hō lapis est petra: marcus est tulius.

Arguitur primo sic. sicut ꝓpositio habet materias. s. subiectum et predicatum ita etiam habet formā. s. copulam. ergo ita debet qri in qua forma est aliqua ꝓpositio sicut in qua materia. ¶ Secūdo sic. ista ꝓpositio sortes est homo vel asin⁹ est ꝓpō cathegorica. ⁊ tñ nō est in aliq̄ istarū materiarū: igit̄. ¶ Tertio sic. ista ꝓpō est in materia naturali. aīal est hō et tamē predicatum non est de essentia subiecti: nec proprium eius: igitur.

Ad primū dicit̄ ꝙ etiā ita pōt queri in qua forma est aliqua ꝓpō sicut in aqua materia. ꝫ tamē hoc nō sit ita vsitatū. ¶ Ad secundum dicit̄ ꝙ sicut sunt alique ꝓpositiones mixte qtitatis aut qualitatis. ita etiā sunt alique ꝓpositiones mixte materie. i. de duplici materia: vnde regula est ꝙ ꝓpositio de subiecto vel de predicato mixto est in illa materia: sicut ꝓpō de extremis simplici⁹. ¶ Ad tertiū dicat̄ ꝙ talis nō est in materia naturali capiēdo materiaꝫ naturalē stricte q̄admodū cepit petrus hyspanus: ſꝫ bñ capiēdo materiā natalē large: vl' pōt dici ꝙ ē in mat̄ia naturali īdirecte ꝫ nō directe.

Contingens est illa in qua predicatum potest adesse et abesse subiecto preter subiecti corruptionez. vt hō ē albus: homo nō est albus.

Diffinitio materie cōtingentis.

¶ Sciendū est primo ꝙ diffinitio materie ꝯtingentis sic est intelligenda: materia cōtingēs est habitudo extremorū quorū alteri nō repugnat vere ⁊ affirmatiue accidētaliter ꝑdicari de alio. Ex quo sequit̄ ꝙ ista materia differt a materia naturali. ⁊ ꝑ hoc ꝙ est ꝯtingēter ⁊ trāsmutabil'r ꝑdicari: alia ꝟo essential'r. Pro cui⁹ declaratiōe ponunt̄ aliq̄ regule. Pria: oīs ꝓpō in q̄ ꝑdicat̄ est scōꝫ adiacēs est in ista materia nisi ista deus est q̄ est in mat̄ia naturali. Scōa rl'a. oīs ꝓpō ē in materia ꝯtingenti in qua ꝑdicat̄ verbū de aliquo subō supponēte ꝓ re creata: vt hō comedit homo bibit: homo ridet.

Sciendū est secundo ꝙ pro maiori declaratiōe ponunt̄ adhuc alique regule quarū regulaꝝ prima est: oīs illa ꝓpositio est in materia ꝯtingenti in qua predicat̄ ratio contingens de aliquo vel aliqd de ipsa cuiꝰ mōi sunt iste ꝓpositiōes: hō albus est hō: hō est hō albus. vnde ista ꝓpositio hō albus est homo albus. pōt esse falsa posito ꝙ nullus homo esset albus. tūc ista eēt falsa: hō albus est homo alb⁹: cū subiectū ꝓ nullo supponeret. Et si quis dicat illa ꝓpositio est infalsificab: l' in qua oppositū predicati īfert oppositū subiecti: ista est hmōi: igit̄. Respondet̄ ꝙ illa rl'a nō est v'i'vera. puta qn alterū extremuꝫ importat in se ratiōnē falsam vel rōneꝫ in se impossibilē vel ratiōnē in se ꝯtingentē. Secūda regula. oīs illa ꝓpō est in materia contingenti in qua predicatur terminus secunde intentionis. de termino prime intētionis. vt homo est spēs aīal est genus. ſꝫ dubiū est vtrū tales possint falsificari. Tertia rl'a. oīs illa ꝓpō est in materia cōtingēti in q̄ ꝑdicat̄ ꝯcretū accidentis de subō vt hō est albus: hō est quantus.

Remota est illa in qua predicatuꝫ non potest conuenire cum subiecto: vt homo est asinus.

¶ Sciendū est tertio ꝙ diffinitio materie remote. sic est intelligenda est habitudo duorum extremorum sic se habentium ꝙ vnum nō potest sine noua īpositione vere ⁊ affirmatiue ꝑdicari

de alio mediante copula nō ampliata neq̧ ampliatiua. Et dicit̄ notāter nō ampliata: q̄a ista est in materia remota: albū est nigrū. ⁊ tñ vnum pōt verificari de alio mediāte copula ampliata vt dicendo: albū pōt esse nigrum. Ex quo seq̄t̄ falsitas aliquoꝝ dicentiū oēm ꝓpositionē affirmatiuā in materia remota esse falsam. vnde de ista materia ponūtur aliq̄ regule. Prima omīs ꝓpositio est in materia remota in qua termini sunt disparati: vt hō est asin⁹. Scđa regula: oīs ꝓpositio est in ista materia cu⁹ termini sunt sicut cōcretum ⁊ abstractū: vt hō est humanitas: album est albedo: vel abstractū de abstracto: vt albedo est nigredo. Tertia regula. omīs ꝓpositio est in ista materia vbi p̄dicat̄ vel subijcitur ratio in se impossibilis: vt chimera est chimera deus asin⁹ est deus: hō irrationalis est homo: vñ rō in se impossibilis est que implicat in se cōtradictionē. Ex quo sequitur q̄ magna differentia est inter rōnem in se impossibilē ⁊ rōem in se falsam. nam ꝓpositio in qua p̄dicat̄ ratio in se falsa pōt esse in materia ꝯtingenti: vt xp̄s est homo. que in triduo importabat in se rationē falsam cum humanitas fuisset corrupta.

Arguitur primo sic. in ista ꝓpositiōe sortes ē hō: p̄dicatū pōt adesse ⁊ abeē subiecto: ⁊ tñ nō est in materia cōtīgēti: igit̄. Añs p₃ q̄r p̄dicatum pōt ꝯferri sine subiecto ⁊ ecōtra. ¶ Scđo sic: ista ꝓpositio est in materia remota chimera est chimera: ⁊ tñ p̄dicatum pōt vere dici de subiecto cū nulla sit verior p̄dicatio illa in qua idem p̄dicat̄ de seipso. ¶ Tertio sic: ista ꝓpositio est in materia remota hō est albedo: ⁊ tñ p̄dicatum pōt vere affirmari de subiecto cū albedo possit vere inesse homini.

Ad primū dicitur q̄ predicatum pōt bñ adesse subiecto capiēdo ly adesse ⁊ abesse prime intentionaliter: sed nō capiēdo scđe intentionaliter. Ad scđm dr̄ q̄ ista ē falsa: chimera est chimera. Et ad improbationē dr̄ q̄ illa regula dꝫ intelligi qñ alteꝝ extremū importat in se rationē impossibilē aut falsam: de quo mag̃ alias videbit̄. ¶ Ad tertium dicit̄ q̄ licet albedo possit inesse homini. ista tñ est impossibilis homo est albedo: ⁊ hoc ꝓpter repugnātiā modorum significandi ⁊ predicandi.

Lex siue natura cōtrariaꝝ talis ē q̄ si vna est vera reliqua est falsa et nō ecōuerso. Possunt eñ ambe simul esse false in cōtingēti materia vt oīs homo est alb⁹ nullus hō est alb⁹. In naturali vero materia et remota sēp vna est vera reliqua falsa. vt oīs hō est aīal nullus hō est aīal. oīs hō est asinus nullus hō est asin⁹. Lex siue natura subcontrariaꝝ talis est q̄ si vna est falsa reliqua est vera ⁊ nō ecōtra. Possunt eñ ambe simul esse vere in contingēti materia. vt q̄daꝫ hō est albus. q̄dam hō nō est alb⁹. Unde lex subcōtrariaꝝ contrario modo se habet legi cōtrariaꝝ. Lex siue natura cōtradictoriaꝝ talis est q̄ si vna est vera reliqua est falsa ⁊ [illegible] ecōuerso. In nulla eñ materia possunt siml' esse vere aut simul false. vt oīs hō est aīal q̄dam homo nō est aīal. Lex siue natura subalternaꝝ talis est q̄ si vniuersalis est vera ꝑticularis erit vera ⁊ nō ecōuerso: pōt eñ ꝑticularis esse vera sua vl'i existēte falsa. vt oīs homo est albus. Sed si particularis sit falsa vniuersalis eius erit falsa. et nō econuerso.

¶ Sciendū est primo q̄ lex siml' q̄ hic capit̄ nō est aliud q̄ regula p quā cognoscim⁹ qualiter ꝓpositiones opposite debēt se hr̄e in veritate ⁊ falsitate. Pro cui⁹ declaratiōe supponit̄ primo q̄ lex ꝯtraꝝ tal' ē q̄ impossibile est duas ꝯtrias esse siml' veras in quacūq̧ materia. ¶ Scđo supponitur q̄ alique ꝓpositiones dicūtur ꝯtrarie dupliciter. vno mō de lege. alio mō de mō enūciādi q̄ntitatiuo ⁊ qualitatiuo. Sꝫ ad hoc q̄ alique ꝓpositiones sint cōtrarie de lege tria sufficiūt: primo q̄ sint cathegorice de inesse. scđo q̄ sint vtroq̧ termīo participātes ordine eodē. tertio q̄ formaliter repugnāt in veritate. Ex quo seq̄tur q̄ oēs ꝓpositiōes ypothetice ꝓprie nō hñt legem ꝯtraꝝ nec ꝓpositiones mixte q̄ntitatis vel q̄litatis neq̧ ꝓpōnes modales. ¶ Scđo seq̄t̄ q̄ due singulares diuerse q̄litatis hñt legē ꝯtraꝝ. ⁊ similiter vna v̄lis ⁊ alia singularis. ¶ Prim p₃ d istis: oēm equū vidꝫ sortes nullū equū videt sortes. Exemplū scđi vt oīs asinus est alb⁹. iste asin⁹ nō est alb⁹. ¶ Tertio supponit̄ q̄ due ꝯtrie simpl'r de inesse nūq̄ pñt simul esse vere: q̄r tūc due ꝯdictorie essent simul vere qđ est impossibile pñt tñ esse simul false in materia ꝯtingenti ⁊ in materia naturali qñ est predicatio indirecta: ⁊ etiā qñ p̄dicatio est directa qñ tales sunt exponibiles: vt iste sunt simul false vt oīs hō preter sortē est aīal nullus hō preter sorteꝫ est aīal. Quarto supponit̄ q̄ duplex est lex ꝯtrariaꝝ: scꝫ formalis ⁊ materialis formalis q̄ si vna est vera reliq̄ est falsa. vt bñ seq̄tur iste sunt cōtrarie ⁊ vna est vera. ergo altera est falsa: sed lex materialis est q̄ si vna est falsa reliqua est vera: ⁊ dr̄ materialis: quia nō quelibet talis consequentia est bona.

Duplex est lex cō trariarū.

Sciendum est secūdo q̄ lex subcōtrariarum talis est q̄ nūq̄ due subcōtrarie possunt siml' esse false: q̄r tunc due contradictorie

essent simul false. vñ aliq̄ ꝓpositiões dicunt esse subcōtrarie dupliciter. vno mō de lege. alio modo de mō q̄titatiuo ⁊ qualitatiuo. vñ ille dicuntur subcōtrarie de lege q̄ participāt vtroqꝫ termino ordine eodē ⁊ ambe sunt indefinite vł particulares affirmatiue vel negatiue. Ex quo sequit̄ ꝙ ista ꝯña est bona iste sunt subcōtrarie et vna est falsa: ergo altera est vera. ⁊ est ꝯsequētia formalis. Et aduerte ꝙ in materia cōtingēti due subcōtrarie pñt simul esse vere vt q̄dam homo currit q̄dam hō nō currit: sed nō in materia naturali vel remota saltē de p̄dicatiōe directa. Et ꝙ non possint esse simul vere in materia naturali d̄ p̄dicatione directa. pꝫ qꝛ tūc due cōtradictorie essent simul vere. nam si particularis in materia naturali sit vera ita ⁊ vniuersalis sua si format̄ cū tales equiualeāt in veritate ⁊ falsitate ⁊ intelligit̄ ista lex in ꝓpositionibus cathegoricis simpliciter de subō simplici et nō de q̄titate: ⁊ qualitate mixta.

Que est lex ꝯtradictoriarum.

Sciendum est tertio ꝙ lex contradictoria ꝓ talis est ꝙ non pñt simul esse vere neqꝫ false: ⁊ nō pōt ista lex ꝓbari cū fundet̄ in primo principio. ⁊ sunt duplices ꝯtradictorie. s. de lege ⁊ de mō quātitatiuo ⁊ qualitatiuo. de lege sunt due ꝓpositiones vtroqꝫ termīo ꝑticipantes ordine eodē quas impossibile est esse simul veras ⁊ falsas. Ex quo seq̄tur ꝙ due indefinite pñt esse ꝯtradictorie de lege: sed cōtradictorie de mō sunt vlis affirmatiua ⁊ particularis negatiua ⁊ ecōtra vel vlis negatiua ⁊ particularis affirmatiua vel ecōtra. vtroqꝫ termīo ꝑticipantes ordine eodē. Ex istis pꝫ ꝙ ista ꝯña est bona iste sunt due cōtradictorie ⁊ vna est vera: ergo reliq̄ est falsa. etiā bñ seq̄tur iste sunt ꝯdictorie et vna est falsa: ꝰ reliq̄ est vera. sed lex subalternaꝝ talis est ꝙ pñt simul esse vere ⁊ etiā simul false: q̄a si ꝑticularis est falsa vlis erit falsa. si format̄. etiam si vlis sit vera ꝑticularis erit vera: ⁊ hoc si format̄. vñ de ista dant̄ due regule. q̄rum prima est bñ seq̄tur vlis est vera: ꝰ ꝑticularis est vera si format̄. scḋa si ꝑticularis est falsa vlis est falsa. ⁊ hoc si format̄. vt si ista sit falsa q̄dam hō currit ista erit falsa oīs homo currit.

Arguitur primo sic iste sunt cōtrarie oīs hō aīal est. oīs hō aīal nō est. ⁊ sūt in materia naturali de p̄dicatione directa ⁊ tñ sunt simul vere: ꝰ male dr̄ ꝙ due ꝯtrarie in materia naturali nō pñt simul esse vere. ¶ Secūdo sic: iste sont ꝯtradictorie ꝓmitto tibi equū nō promitto tibi equū. ⁊ tñ sunt simul vere: qꝛ ista est vera nō ꝓmitto tibi equū: qꝛ equalet isti nullum equū tibi ꝓmitto q̄ est vera. ¶ Tertio sic: ista est vera oē aīal quod nō est irrationale ē homo: ⁊ tñ sua ꝑticularis nō est vera. ⁊ hoc descendendo sub ly irrōnale. nam ista est falsa oē aīal quod nō est hoc irrationale est homo.

Ad primū dicitur ꝙ ille ꝓpositiones nō sunt ꝯtrarie sed ꝯtraria istiꝰ oīs hō aīal est. est ista oīs hō nullum aīal est. ¶ Ad scḋm dr̄ ꝙ ista ꝓpositio nō ꝓmitto tibi equū nō equalet isti nullū equū tibi ꝓmitto. qꝛ ly equū nō supponit eodē modo in ambabꝰ: qꝛ in p̄ma supponit ꝯfuse ⁊ distributiue distributione ꝑfecta: sed in alia supponit distributione imperfecta. ¶ Ad tertium dr̄ ꝙ nō opꝫ sic descēdere: sꝫ sic oē aīal qḋ nō est irrōnale: ⁊ h̄ irrōnale est hō.

Item ꝓpositionū cathegoricarum vtroqꝫ termīo ꝑticipantiū ordīe ecōuerso: triplex ē cōuersio: scꝫ simplex per accidēs ⁊ ꝑ cōtrapositionē. Conuersio simplex est qñ fit de subiecto p̄dicatum ⁊ de predicato subiectum manēte eadē q̄litate ⁊ q̄titate ⁊ hoc modo cōuertitur vlis negatiua in se ipsam ⁊ particularis affirmatiua in seipsaꝫ vt nullus homo est lapis nullus lapis est homo: quidaꝫ homo est aīal quoddam aīal est homo.

¶ Sciendum est p̄mo ꝙ iste terminꝰ ꝯuersio pōt capi duplr̄. vno mō prime intētionaliter. ⁊ hoc mō capit̄ cū dr̄ ꝙ malū ꝯuertit̄ in bonum. alio mō scḋe intētionaliter ⁊ h̄ duplr̄. vno mō vt est passio termini: ⁊ sic tñ valet sicut vlr̄ verificari q̄admodū dr̄ ꝙ isti termini hō ⁊ risibile ꝯuertunt̄. i. vlr̄ de seinuicē predicant̄ vel verificant̄. alio mō accipit̄: vt est passio ꝓpōnum et est duplex. s. in oppositā qualitatē q̄ fit in propositionibꝰ de ꝯtingenti ad vtrūlibet de q̄bꝰ alias videbit̄. alia est in termīs ꝓpositionis q̄ solet sic diffiniri. est mutatio p̄dicati in subm̄ et econtra q̄ sic debꝫ intelligi ꝯuersio est duarum ꝓpositionū cathegoricaꝝ vtroqꝫ termīo participantium ordīe ecōuerso vniꝰ ad alterā formalis ꝯña: ex qua diffinitione sequunt̄ aliq̄ correlaria. Primū ꝙ cōuersio est passio ꝓpositionū vel ꝓpōnis in ordine ad aliaꝫ. Scḋo seq̄tur ꝙ ypothetice nō ꝯuertunt̄: sed cathegorice d̄ simplici copula: qꝛ ꝓpositiones de subō mixto vel copula mixta nō ꝓprie cōuertunt̄. Tertio seq̄tur ꝙ ꝯña materialis nō est ꝯuersio: sed sola cōsequētia formalis q̄ est ꝯña bona q̄ sic est bona ꝙ q̄libet sibi similis in forma etiā est bona.

Conuersio qt modis capitur

Sciendū est scḋo ꝙ triplex est cōuersio vt pꝫ in textu. Pro cuiꝰ declaratiōe supponit̄ ꝙ diffinitio ꝯuersionis simplicis sic ē intelligenda ꝯuersio simplex est duarū ꝓpositionum cathegoricaꝝ similium qualitatū ⁊ q̄titatum vtroqꝫ termīo participātium ordine ecōuerso vniꝰ ad aliā formalis ꝯña ⁊ ponit̄ formalis ꝯña loco generis ⁊ totum residuū ponit̄ ad differentiam cōuersionis ꝑ accñs ⁊ ꝑ cōtrapositionē. supponit̄ scḋo ꝙ ꝯuersio simplex dicitur tō simplex eo ꝙ fit ꝑ solaꝫ trāspositionem terminoꝝ remanente eadē qualitate ⁊ q̄tit[ate] ⁊ nō qꝛ nō fiat ex ꝓpositionibus. Tertio supponit̄ ꝙ duplex est conuersio. s. propria ⁊ impropria seu directa ⁊ reductiua. ꝓpria est quādo de subiecto

Conuersio est duplex.

cõuerse fit predicatũ cõuertentis et de predicato cõuerse fit subiectũ cõuertentis nihil addendo et nihil remouendo: vt homo est aĩal: ğ aĩal est hõ: ʒ ĩpropria ẽst qñ aliquid addit vel remouetur a pte subiecti vel p̃dicati. vt nullus hõ est mulier. ğ nulla mulier est aliquis homo.

Duo gña ppõnuz cõuertũt ɔ̃uersio ne simplicem.

Sciendũ est tertio ꝙ ẽm cõuersionem simplicẽ cõuertunt duo gña ppositionũ .s. vniuersalis negatiua et particularis affirmatiua. ⁊ debʒ intelligi de vniuersali negatiã de modo loquendi cõsueto. qꝛ vl'is negatiua de modo loquẽdi incõsueto nõ cõuertitur simpliciter vt nõ sequitur õmis sol planeta nõ est: ğ oĩs planeta sol no est. cũ añs possit esse verũ ⁊ ɔ̃ns falsũ. Debet etiã intelligi de predicato cõmuni. qꝛ propositiões de p̃dicato singulari nõ sic cõuertunt vt null' hõ est brunell' q̃ sic cõuertit. ğ brunell' nõ est hõ. Dʒ etiã ĩtelligi qñ ex parte p̃dicati nõ ponit aliq̃d sincathegorema: qꝛ tũc in cõuertente opʒ aliq̃d addere vel remouere. vt null' hõ ẽ oĩe aĩal: ğ nihil qd̃ est oẽ aĩal est hõ. Debet etiã intelligi de terminis rectis. qꝛ de terminis obliquis aliqñ oʒ aliq̃d addi. vt nullus panis est in furno: ğ nullũ ens in furno est panis. Et aduerte ꝙ aliq̃ue cõditiones requiruntur ad bene cõuertendũ ppositiones. Prima ꝙ termini teneãtur eque ample. nõ ista quedã mulier fuit meretrix nõ debʒ cõuerti: ğ meretrix fuit mulier: sed sic. ğ qd̃ fuit meretrix est vel fuit mulier. Secũda ꝙ termini supponãt ẽm idẽ genus suppõis. Tertia ꝙ teri aliqñ debẽt resolui añꝗ ɔ̃uertantur vt hõ currit oʒ resolui currens est hõ.

Cõditiones requisite ad bñ cõuertendũ ppões.

Arguitur primo nõ sequitur null' homo est false aĩal. ğ nullum animal false est hõ cum añs sit verum et ɔ̃ns falsum: ğ vniuersalis negatiua nõ ɔ̃uertit simpl'r. Scd̃o sic. nõ sequitur domus fit: ergo quod fit est domus. qꝛ antecedẽs est verũ et ɔ̃sequẽs falsuʒ: ğ indefinita affirmatiua nõ ɔ̃uertit simpl'r. ¶ Tertio sic nõ sequitur mortuũ est hõ: ğ hõ est mortu' qꝛ arguitur a minus amplo ad magis amplũ: igit.

Ad primũ respondetur ꝙ nõ debʒ sic conuerti. sed sic debʒ conuerti: ergo nihil qd̃ est false animal est homo. ¶ Ad secundũ dicit ꝙ nõ debet sic conuerti: sed sic: ergo quod fit est vel erit vel potest esse domus. ¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ duob' modis valemus arguere a minus amplo ad mag' amplũ. vno mõ sine distributione magis ampli. et sic est bona ɔ̃ña. alio mõ cuʒ distributione magis ampli. ⁊ sic nõ valet ɔ̃ña vt nõ sequitur nullum mortuũ est homo: ergo nullus homo est mortuus.

Conuersio per accidens est facere de subiecto predicatũ et de p̃dicato subiectum manẽte eadẽ qualitate: ʒ mutata q̃ntitate ⁊ hoc mõ cõuertitur vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuã ⁊ vniuersalis negatiua in pticularẽ negatiuã. vt omnis hõ est aĩal ergo quoddã animal ẽ hõ nullus hõ est lapis ergo quidã lapis nõ est homo. cõuersio per cõtrapositionez est facere de subiecto predicatum et de predicato subiectũ manente eadem qualitate ⁊ q̃ntitate. sed mutatis terminis finitis in termĩos infinitos: ⁊ hoc modo conuertitur vniuersalis affirmatiua in vl'ez affirmatiuã et particularis negatiua in seipsam: vt oĩs hõ est animal: ergo oẽ nõ animal est nõ hõ. quidaʒ hõ nõ est lapis: ergo q̃dã nõ lapis nõ est nõ hõ. V'sus. Simpl'r feci cõuertitur eua p acci. Asto per cõtra sicut cõuersio tota. Afferit a. negat e. ʒ vniuersaliter ambe. Afferit i. negat o. sed particulariter ambo. Et sciendũ est ꝙ signũ positum in subiecto ppositionis que debet ɔ̃uerti debet poni supra totuʒ predicatũ ⁊ totuʒ reduci ad subiectũ in conuertẽte. Preterea eadẽ est conuersio ppõnis pticularis indefinite et singularis.

¶ Sciendum est primo ꝙ diffinitio conuersionis per accidens sic est intelligenda. est duaruʒ propositionum cathegoricarum eiusdẽ qualitatis et diuerse q̃titatis vtroq; termino participãtium ordine econuerso vnius ad alteram formalis consequentia. ⁊ dicitur cõuersio per accidẽs eo ꝙ ibi mutatur quantitas. Et ẽm hanc conuersionem conuertuntur duo genera propositionum scilicet vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua. Et est aduertendum ꝙ ista duo genera non semper conuertunt per accidens in pticularem vel indefinitam conuersione propria ⁊ directa. sed aliquando oportʒ aliquid addere vel remouere a parte subiecti vel p̃dicati vt omnis meretrix erit virgo. sic conuertitur: ergo qd̃ erit virgo est vel erit meretrix. Similiter de ista nullus homo est omne animal que debet sic cõuerti ergo quoddaʒ ens quod est omne animal non est homo. Unde pro maiori declaratiõe ponuntur aliq̃ue regule. Prima omnes ppositiones de verbis impersonalibus siue actiue vocis siue passiue vocis debent resolui in propositiones de verbis personalibus et obliqui debẽt resolui in rectos. vt tedet animã meam vite mee debet resolui. anima mea habet tedium de vita mea et debet sic cõuerti: ergo quod habet tediũ de vita mea est anima mea. similiter campana pulsatur debʒ sic resolui. campana pulsatur ab aliquo et debʒ sic conuerti. ergo quod pulsatur ab aliquo est campana. Secunda regula ppositi-

Intellectus diffinitiõis cõuersiõis p accñs.

tiones de obliquis et verbis personalibus ꝯuertuntur per easdem regulas sicut propositiones de verbis rectis. vt cuiuslibet hominis asinus currit. sic conuertitur. ergo currens est asinus hominis. Tertia regula. propositiones de verbis prime et secunde personarum et de verbis exercitis actionis si ponātur sine supposito expresso anteq̄ conuertantur debet ostendi suppositum vt pluit debꝫ resolui dicendo natura est pluens et postea conuerti.

Qualiter ꝯuertūtur alique ppōnes hic posite.

Sciendū est secundo ꝙ circa cōuersiones incidūt alique difficultates. Prima qualiter conuertitur ista propositio ad equitanduꝫ requiritur equus. Respōdet ꝙ non conuertitur in istam equus requiritur ad equitanduꝫ. cum antecedens sit verum ꝛ consequens falsuꝫ. sed sic cōuertitur. equus possibiliter habetur ad equitandū. Secunda est de conuersione huius propositionis parisius et rome venditur piper. dicitur primo ꝙ resoluitur in istam vtroq̄ istoruꝫ locorum venditur piper. et postea sic conuertitur. ergo quod venditur altero istorum locoruꝫ est piper. Tertia est de conuersione propositionum de propositionibus prime et secunde personarum puta de ista ego sum petrus. Respondetur pro nunc probabiliter ꝙ conuertuntur a quocunq̄ꝫ eodem modo sicut alie ꝛ hoc supponēdo ꝙ antecedens et consequens alicuius bone consequentie fiant ab eodem. Quarta de ꝯuersione istius ꝓpositionis nullum a. est predicatū posito casu ꝙ a. in nulla propositione predicetur non potest dici ꝙ conuertatur in istaꝫ. nullū predicatum est a. quia ibi a. est predicatum. et sic consequens esset falsum et antecedens verū. Respondetur ꝙ consequens non est falsum quia non est. Et si dicat' ꝙ consequens est illud nullū predicatum est a. dicitur ꝙ non est concedendū tale consequens poni. quia est regula obligatoria. ꝙ illud quod repugnat casui non est admittendum.

Diffinitio ꝯuersionis p ꝯtrapositionem.

Sciendū est tertio ꝙ diffinitio conuersionis per contrapositionē sic est intelligenda: est duarum ꝓpositionū cathegoricarum manente eadem qualitate et q̄ntitate sed mutatis terminis finitis in terminos īfinitos vnius ad aliam ꝯsequentiaꝫ fm̄ quam conuertuntur duo genera ꝓpositionum scilicet vniuersalis affirmatiua et ꝑticularis negatiua. vt omnis homo est animal. ergo oē nō aīal est nō homo. Et aduerte ꝙ nō est ꝯn̄a formalis: quia nō sequitur oīs homo est existens. ergo omne nō existens est nō hō. cum antecedēs sit verum et ꝯn̄s falsum. Et aduerte pro regula ꝙ q̄to terminꝰ finitus ꝑ pluribus supponit tanto terminꝰ infinitus pro paucioribus supponit et quāto terminus finitus ꝑ paucioribus supponit tanto terminꝰ infinitus pro pluribus supponit. ¶ Finalr aduerte ꝙ petrus hyspanꝰ ponit duo notabilia. Primū ꝙ signū subiecti ꝓpōnis cōuerse ꝯuersionis simplicis debet addi vel equiualēs subiecto cōuertētis fm̄ exigentiā cognitatis. Secundum est in quo videt' defecisse ꝙ eadē est conuersio ꝑticularis indefinite ꝛ singularis: quia de rigore sermonis est falsuꝫ: quia ly eadē diceret idētitatē numeralem: et sic non vel specificā ꝛ sic est falsa: cum singularis negatiua cōuertat' simplr̄ et nō particularis vel indefinita negatiua.

Arguitur sic pm̄o. ista neuter istorum est albus. est vl'is negatiua ꝛ tn̄ nō conuertitur per accidēs: quia tunc cōuerteret' in istā quodam album nō est aliquis istoꝝ quod est falsuꝫ cū de subiecto nō fiat p̄dicatū. ¶ Scd̄o sic. ista est vniuersal' negatiua. nullꝰ hō est mulier. ꝛ tn̄ nō cōuertitur ꝑ accidēs quia ꝯuerteretur in istaꝫ quedā mulier nō est homo. que ē falsa. ¶ Tertio sic. ista est particularis negatiua quedā chimera nō est homo. ꝛ tn̄ nō cōuertitur per cōtrapositionē: quia cōuerteretur in illā quidam nō hō nō est nō chimera qd̄ est falsuꝫ. cū antecedēs sit verū et ꝯn̄s falsum: igitur.

Ad p̄mū dicit' ꝙ debet sic cōuerti: ergo quoddā albū non est homo de nūero istorū. ¶ Ad secundū dicit' ꝙ sic debꝫ cōuerti: ergo q̄dā mulier nō ē aliq̄s hō. ¶ Ad tertiū dicit' ꝙ bene ꝓbat ꝙ ꝯuersio ꝑ ꝯpositionē nō est ꝯn̄a formalis et hoc maxime qn̄ p̄dicatū est trāscēdēs. secundo qn̄ subiectū ꝓ nullo supponit vel qn̄ importat rationē impossibilē cuiꝰ est chimera.

Propositio ypotetica quot mōis capitur.

Sequitur de ꝓpōne ypothetica. Propō ypothetica ē illa q̄ hꝫ duas cathegoricas ꝓpōes tanq̄ p̄ncipales ꝑtes sui. vt si hō currit hō mouet'. Et dicit' ypothetica ab ypos qd̄ est sub et thesis qd̄ est pō: q̄si suppō siue suppositiua locutio. quia vna ꝑs eiꝰ supponit' alteri. Propōnuꝫ ypotheticarū alia cōditionalis, alia copulatiua. alia disiunctiua. cōditionalis est illa ī q̄ ꝯiungunt' due cathegorice ꝑ hāc ꝯiunctiōeꝫ si. vt si sortes currit: sortes mouet' ꝛ illa cathegorica cui immediate preponit' illa ꝯiunctio si dr̄ āns: reliq̄ vero ꝯn̄s. Ad veritatē ꝯditionalis exigit' ꝙ āns non possit esse verū sine ꝯn̄te. vt si hō est aīal est. vn̄ oīs cōditionalis vera est nccia ꝛ oīs falsa ē īpossibil'. ad falsitatē ꝯditiōal' sufficit ꝙ āns possit eē verū ꝯn̄te existēte falso vt si hō ē albū ē. ¶ Sciendū est primo ꝙ postq̄ determinatū est de ꝓpōne cathegorica. nūc determinādū est de ꝓpōne ypothetica. Pro cuiꝰ declaratiōe supponit' ꝙ ꝓpō ypothetica pōt capi dupliciť. vno mō stricte ꝛ sic diffinit' ꝓpō ypothetica ē q̄ explicite vel implicite siue mētalr̄ hꝫ duas ꝓpōnes cathe

goricas tanq̃ ptes pricipales sui ɔiunctas per aliquã cõiunctionez. vel ꝑ aliqđ sibi equiualẽs et sic cepit petr⁹ hispan⁹. Alio mõ accipitur large que diffinitur sic. ꝓpõ ypothetica est que implicite vel explicite siue metalr habet duas ꝓpositiones vel plures: vel duo cõplexa ꝓportionabilia duabus ꝓpositionibus cõiuncta per aliquã cõiunctõem vel ꝑ aliqđ sibi equiualẽs. Dr̃ notanter implicite: quia ista propõ magistro legẽte pueri ꝓficiũt est ypothetica: ꝛ tamẽ explicite nõ habet plures propões. ℭ Et aduerte ꝙ talis resoluitur in vnã cõditionalẽ tpalẽ vel causalẽ. Dicit notãter duas propões nõ addẽdo cathegoricas. qꝛ multe sunt propões ypothetice in quib⁹ nõ cõiungũtur due cathegorice supple tanq̃ ptes puncipales sui. sed aliqñ cathegorica ꝛ ypothetica: vt si hõ currit aĩal currit ꝛ de⁹ est. Dicit notãter vel duo cõplexa: quia aliqua est ypothetica q̃ nec explicite nec implicite cõponit ex duab⁹ propõnib⁹. vt ista si asin⁹ volaret asinus haberet alas. cui⁹ ptes non sunt propões cũ nõ sint vere neq̧ false. Dr̃ notãter tanq̃ principales ptes sui ad drĩam ꝓpõnis cathegorice in qua nõ cõiungũtur due propositiones tanq̃ principales partes sui.

Sciendum est secũdo ꝙ ipsi⁹ propositiõis ypothetice cõiter assignãtur tres species. s. cõditionalis copulatiua ꝛ disiunctiua: nõ negãdo tñ quin sint plures siue reducantur ad istas siue nõ: sicut rationalis causalis ꝛ expletiua. ℭ Pro cui⁹ declaratiõe supponitur ꝙ sicut ypothetica põt capi dupl'r. s. stricte ꝛ large: ita et cõditionalis. Unde ɔditionalis stricte capta sic diffinit est q̃ explicite vel iplicite hȝ duas ꝓpositiones cathegoricas cõiunctas ꝑ istã cõiunctionẽ si. vel ꝑ aliqđ sibi equalẽs tanq̃ ptes pricipales sui. ꝛ de istis loquit petr⁹ hyspanus. sed cõditionalis large sũpta est in qua explicite vel implicite cõiungũtur due propões vel duo cõplexa ꝓportionabilia duab⁹ propõnib⁹ ꝑ istam cõiunctõez si. vel ꝑ aliqđ sibi equiualẽs. ℭ Supponit scđo ꝙ ɔditionalis vera est bona ɔña ꝛ sõ hȝ añs ꝛ ɔñs ita ꝙ illa propõ cui addit si vocat añs ꝛ alia ɔñs capiẽdo tñ antecedẽs nolaliter ꝛ nõ ꝑticipialit. ℭ Tertio supponit ꝙ ad ɔitatẽ cõditionalis stricte sumpte ꝛ affirmatiue de q̃ loquit petrus hyspan⁹ reqritur ꝙ añs nõ possit eẽ verũ sine ɔñte ꝛ hoc si ɔñs formet. Ex quo sequitur ꝙ cõditionalis nõ est ideo vera ꝙ añs ꝛ cõsequẽs sint vera: quia stat conditionalẽ eẽ verã: cui⁹ tam añs q̃ cõsequẽs sunt impossibilia: vt si hõ est asin⁹ hõ est rudibilis. ℭ Sequit secũdo ꝙ ɔditionalis nõ dr̃ eo falsa: qꝛ añs sit falsum vel ɔñs. sed quia añs põt esse verum consequente existente falso.

Quotmodis capitur ista ɔiunctio si.

Sciendũ est tertio ꝙ ista cõiũctio si. põt capi tripl'r. vno mõ pure cõditionalr vt si haberẽ libros libẽter studerẽ. scđo mõ promissiue: vt si venerĩ ad me dabo tibi equũ: ꝛ istis duobus modis ista cõiunctio si nõ facit cõditionalẽ ꝓprie dictã, sed tñ large captã. Alio mõ capitur illatiue: ꝛ tũc denotat cõsequẽs sequi ex antecedẽte: vt si asin⁹ volaret asin⁹ haberet alas. Et aduerte ꝙ quattuor modis solet fieri argumentatio in cõditionali. ℭ Prĩo a tota cõditionali a positione antecedẽtis ad positionẽ ɔñtis et tũc ẽ bona cõsequẽtia: vt si hõ currit animal currit: sed hõ currit: g̃ aĩal currit. vñ ponere antecedẽs nõ est aliud ꝙ ipm accipi in minore siue in maiore. ℭ Scđo mõ a destructiõe cõseqntis ad destructõem antecedẽtis: vt si hõ currit aĩal currit: sed nullũ aĩal currit: g̃ nullus hõ currit. vñ destruere cõsequẽs est accipe suũ ɔdictorium: ꝛ etiã isto mõ est bona cõseqntia. ℭ Tertio mõ a destructõe añtis ad destructõem consequẽtis: vt si hõ currit aĩal currit: sed null⁹ hõ currit: g̃ nullũ aĩal currit. ℭ Quarto mõ a positione cõsequẽtis ad positionẽ añtis vt si hõ currit aĩal currit: sed aĩal currit: g̃ hõ currit. ꝛ istis duob⁹ modis nõ est bona cõsequẽtia saltez formalis: licet aliquando possit esse materialis vt in terminis conuertibilibus.

Quotmodis solet fieri argumentatio in ɔditionali.

Arguitur sic prĩo. ista ꝓpõ est ypothetica: sortes est ita alb⁹ sicut plato. ꝛ tñ nõ videtur cui⁹ spẽi ypothetice sit. ℭ Scđo sic. ista propõ si hõ currit aĩal currit: ꝛ si hõ est asin⁹ hõ est rudibilis est ypothetica. ꝛ tñ nõ hȝ duas propositiões cathegoricas tanq̃ ptes principales: igit diffinitio propõnis ypothetice nõ est bona. ℭ Tertio sic. ista propõ est cõditionalis. si asinus volaret asin⁹ haberet alas. ꝛ tñ ibi non coniunguntur due propões cum nullum illorum significet verum vel falsum.

Ad primuz dicitur ꝙ reducit ad copulatiuam sicut omnes propositiones de aduerbio similitudinis temporis locis quãtitatis et qualitatis. ℭ Ad scđz dicitur ꝙ bene probat ꝙ non est propositio ypothetica specialiter capta: tamen est bene propositio ypothetica large capta. ℭ Ad tertium dicitur concedendo ꝙ non est cõditionalis stricte capta de qua loquitur petrus hyspanus: tamen bene est conditionalis large capta vt visum est in ɔnalibus.

Copulatiua est illa in qua coniunguntur due cathegorice per hanc cõiunctionem ꝛ. vt sortes currit et plato disputat. Disiunctiua ẽ illa in qua cõiunguntur due cathegorice ꝑ hãc coniunctionem vel: vt sortes currit: vel plato disputat. Ad veritatẽ copulatiue exigitur vtrãq̧ partem esse veram: vt homo est animal ꝛ deus est. Ad falsitatem eius sufficit alterã ꝑtem esse falsam: vt homo est animal. et equus est lapis. Ad veritatẽ disiũctiue sufficit alteram partem eẽ verã: vt hõ est aĩal vel equus est lapis.

Tamen permittitur ꝙ vtraq₃ sit vera. sed nõ ita ꝓprie. vt homo est aial. vel equ⁹ est hinnibil᷑. ad falsitatẽ ei⁹ exigitur vtrãq₃ partez ẽẽ falsam: vt hõ est asinus vel equus est lapis.

Propo/tio copu/latiua q̄t/mõis ca/pitur.

¶ Sciendũ est primo ꝙ propõ copulatiua põt capi dupl'r. vno mõ large: ⁊ sic diffinit᷑: propositio copulatiua est q̄ explicite vel ĩplicite h₃ duas ꝓpões vel plures: vel duo ꝯplexa ꝓportionabilia duab⁹ ꝓpõib⁹ ꝯiũctis ꝑ istã ꝯiunctiõnem et. vel ꝑ aliqḋ sibi equiualẽs. Alio mõ capit᷑ stricte ⁊ sic diffinitur. est que explicite v'l implicite h₃ duas propões cathegoricas coniunctas ꝑ istã cõiunctõem et. vel ꝑ aliqḋ sibi equiualens: ⁊ isto mõ cepit petr⁹ hispan⁹. ¶ Et aduerte ꝙ ad copulatiuã reducit᷑ temꝑalis cui⁹ copula principalis est aduerbiũ tp̄is. vt petr⁹ currit qñ iohãnes disputat. ⁊ localis cui⁹ copula principalis est aduerbiũ loci. vt petr⁹ currit vbi iohannes legit: ⁊ ad eaꝝ veritatẽ reqritur ꝙ partes copulatiue ad quã reducunt᷑ sint simul vẽ. Uñ sẽsus hui⁹ petr⁹ currit qñ iohãnes disputat est iste. petr⁹ currit ĩ aliquo tp̄e ⁊ ĩ illo tp̄e iohãnes disputat. ¶ Aduerte etiã ꝙ multe alie propositões reducunt᷑ ad copulatiuã puta iste sortes est talis qualis est plato. sortes est tantus quantus est plato: sortes currit sicut plato disputat. ⁊ propositiones de nisi pꝛimodo capiatur exceptiue. quia si teneretur illatiue vt inclu dit istam cõiunctionem si ⁊ negationẽ: tunc ẽẽt cõditionalis: vt nemo legit pari si⁹ nisi sit magister: ⁊ est sensus si nullus sit magister null⁹ legit pisius ¶ Aduerte vlteri⁹ ꝙ ad veritatẽ copulatiue sp̄aliter capte ⁊ affirmatiue reqrit᷑ ꝙ vtraq₃ ꝑs principalis ei⁹ sit vẽa. ¶ Dr̄ notãter sp̄aliter capte: q: hoc forte nõ reqrit᷑ ad copulatiuaz large captã. Dr̄ etiã affirmatiue: q: hoc forte nõ reqrit᷑ ad vẽitatẽ copulatiue negatiue. Dr̄ etiã ꝑs pꝛicipal᷑: q: min⁹ pꝛicipal᷑ põt ẽẽ falsa vbi tota copulatiua erit vera: vt ista sortes est asin⁹ vel sortes est homo et deus est.

Sciendu₃ est secũdo ꝙ ad falsitatẽ copulatiue sp̄alit᷑ capte ⁊ affirmatiue requiritur ꝙ vna ꝑs ei⁹ pꝛicipal᷑ sit falsa. Dr̄ notanter affirmatiue: q: ad falsitatẽ negatiue hoc nõ requiritur: sed magis ꝙ vtraq₃ pars eius sit falsa de qua negatiua est magna difficultas vtꝝ equiualeat disiunctiue affirmatiue de ptib⁹ cõtradicẽtibus vel vtrũ sit negatiua simpl'r. sed ad possibilitatẽ copulatiue affirmatiue requiritur vtrãq₃ partẽ principalẽ esse possibilẽ ⁊ cõpossibilem alteri ⁊ ad eius cõtingentiã sufficit alterã partẽ principalẽ ei⁹ esse cõtingentẽ et ꝙ nõ repugnet alteri parti. sed ad eius necessitatez requiritur vtrãq₃ partẽ ei⁹ principalẽ esse necessariã. et ad eius impossibilitatẽ sufficit eius partes pꝛicipales esse incõpossibiles adinuicẽ. Et aduerte ꝙ q̄tuor sunt regule arguẽdo a tota copulatiua pꝛima. ꝙ a tota copulatiua ad q̄libet ei⁹ partẽ pꝛincipalẽ est bona ꝯsequẽtia vt bene sequit᷑. sortes currit ⁊ plato disputat. ergo sortes currit. secunda regula est a parte copulatiue affirmatiue ad totam copulatiuã nõ valet ꝯsequẽtia. vt nõ sequitur sortes currit: ergo sortes currit et plato disputat. Tertia regula a veritate copulatiue affirmatiue ad veritatem cuiuslibet ꝑtis eius principal᷑ est bona ꝯña. vt bene sequitur ista est vera petr⁹ currit ⁊ plato disputat. ergo ista ẽ vera plato disputat. ~~ergo ista est vera plato disputat.~~ Quarta regula a veritate vni⁹ partis copulatiue affirmatiue ad veritatẽ tot⁹ copulatiue affirmatiue nõ val₃ cõsequẽtia. vt non sequit᷑ ista ẽ vera petr⁹ currit. ergo ista est vera petr⁹ currit ⁊ plato disputat.

Sciendũ est tertio ꝙ propositio disiunctiua potest capi dupl'r. vno mõ large. et sic est ꝓpositio in q̄ explicite vel ĩplicite ꝯiungunt᷑ due ꝓpões vel duo cõplexa proportionabilia duab⁹ ꝓpõib⁹ ꝑ istã ꝯiunctionẽ vel. vel per aliqḋ sibi equalens tanq̄ ꝑtes p̄ncipales sui. alio mõ capit᷑ stricte ⁊ sic est ꝓpõ in q̄ explicite vel implicite ꝯiungitur due cathegorice ꝑ istã ꝯiũctionẽ vel tanq̄ ꝑtes p̄ncipales sui. Et aduerte ꝙ ad veritatẽ disiũctiue stricte capte ⁊ affirmatiue reqrit᷑ ꝙ vna ꝑs ei⁹ p̄ncipalis sit vera. ⁊ ad eius possibilitatẽ reqrit᷑ ꝙ vna ei⁹ ꝑs p̄ncipalis sit possibil᷑. ⁊ ad ei⁹ necessitatẽ reqrit᷑ ꝙ vna ꝑs ei⁹ p̄ncipal᷑ sit necessaria. v'l ꝙ ꝯponat᷑ ex ptib⁹ ꝯtradicẽtib⁹ sibi adĩuicẽ. s₃ ad eius impossibilitatẽ reqritur vtrãq₃ partẽ eius p̄ncipalẽ ẽẽ impossibilẽ. ⁊ ad ei⁹ ꝯtingentiã reqritur vtrãq₃ ei⁹ ꝑtem esse ꝯtingẽtem nõ ꝯtradicẽtes sibi inuicẽ sed ad falsitatẽ ei⁹ reqrit᷑ vtrãq₃ ꝑtẽ ei⁹ p̄ncipalem esse falsam. Et aduerte ꝙ de ipa disiũctiua ponũtur due regule. Prima est ꝙ a q̄libet ꝑte principali disiunctiue ad totã disiũctiuã est bona ꝯsequẽtia. vt bene seq̄tur sortes currit: ergo sortes currit vel plato disputat. Secũda regula a tota disiũctiua cũ destructione vni⁹ partis principalis ad ꝯpositionẽ alteri⁹ est bona consequẽtia vt bene seq̄tur sortes est homo vel sortes est asinus: s₃ sortes nõ est asin⁹ ergo sortes est homo. Potest poni alia regula. ꝙ ad veritatem vnius ꝑtis principalis disiunctiue ad veritatem totius disiũctiue est bona ꝯsequentia. vt bene seq̄tur ista est vera petrus currit: ergo ista est vera petrus currit vel deus est diabolus: et finaliter ꝓpositio debet destrui ꝑ suã ꝯdictoriã

Primo arguitur sic. ista est copulatiua petrus currit qui disputat. ⁊ ibi nõ ꝯiunguntur due ꝓpositiones ꝑ istã cõiunctionẽ et: ergo. Scḋo sic: ista ꝓpositio est copulatiua. sortes currit ⁊ plato disputat vel asin⁹ currit. ⁊ tñ ibi nõ ꝯiungũtur due cathegorice ꝑ istã ꝯiũctionẽ et: igitur. ¶ Tertio sic ista ꝓpositio est disiunctiua petre fac ignẽ vel petre lege. ⁊ tñ in ea nõ ꝯiunguntur due ꝓpositiones cum nullũ illorum sit verum vel falsum: igitur.

Ad primũ dicitur ꝙ quãdo istud relatiuũ q̄ que quod ponit᷑ inter duas copulas verbales ⁊ refert subm v'l aliqḋ se tenẽs ex parte subiecti ~~vel p̄dicati~~. tunc ~~nõ~~ exponit᷑ ꝑ et. ⁊ ill

le facit copulã, vt sortes q̃ currit disputat ❡ Ad scdm dicit q illa cõiunctio τ põt esse copula principalis, τ tunc est copulatiua vel min⁹ principalis tũc est disiũctiua. Et silr dicatur de oĩbus quib⁹ ponit duplex cõiunctio vl' duplex equalẽs. Ad tertiũ dr q bñ pbat q nõ est disiũctiua stricte capta: tñ bñ est disiũctiua large capta vtrũqʒ in tertio notabili. ❡ Textus.

Sequitur de eq̃pollẽtijs de quib⁹ dantur tales regule. Prima est q si alicui signo vl'i vel particulari pponatur negatio eq̃pollet suo cõtradictorio. vt iste eq̃pollent, non oĩs hõ currit τ q̃dam hõ nõ currit. Secũda regula est q si alicui signo vl'i postponatur negatio eq̃pollet suo cõtrario: vt iste due equipollẽt oĩs hõ nõ currit nullus hõ currit. Tertia regula est. q si alicui signo vl'i vel pticulari pponatur τ postponatur negatio equipollet suo subalterno: vt iste due eq̃pollẽt. nõ oĩs hõ nõ currit: q̃dam hõ currit vel nõ nullus hõ non currit, q̃dã hõ non currit. τ dicte regule in his versib⁹ cõtinẽtur. vnde versus. Pre. cõtra dic. post cõtra p postqʒ subalter. Nõ oĩs q̃daʒ nõ. oĩs nõ quasi nullus. nõ nullus quidã. sed nullus nõ valet oĩs. nõ aliq̃s nullus. nõ quidã nõ valet oĩs. nõ alter neut. neuter non pstat vterqʒ. Ex istis regulis infertur regula q̃ talis est. Si duo signa vl'ia negatiua ponãtur in eadẽ locutione ita q vnũ in subiecto et reliquũ in pdicato primũ eq̃pollet suo cõtrario p scdam regulã τ secũduʒ suo cõtradictorio p primã regulã vt nihil est nihil: eq̃pollet huic qd'libet est aliq̃d: qr p scdam regulaʒ nihil nõ τ qd'lʒ eq̃pollẽt sicut oĩs nõ et null⁹. τ p pmã rl'am non nihil τ aliq̃d equipollẽt sicut nõ null⁹ τ quidã et sic due prime sunt equipollẽtes.

❡ Sciendum est pmo q eq̃pollẽtia sic diffinit. Eq̃pollẽtia est duaꝝ ppõnum vtroqʒ termino pticipantiũ sm eundẽ ordinẽ vni⁹ ad aliam formalis cõña ppter negationẽ ppositã tm vl' postpositã tm vel ppositã τ postpositã simul. Pro cuius declaratione supponit q duplex est eq̃pollentia, seu eq̃pollẽtia capit dupl'r. Uno mõ pri me intẽtionalit vt cõuenit rebus q̃admodũ dicimus q triticũ eq̃pollet blado. alio mõ capitur vt est passio ppõnum. Pro cuius declaratione est aduertendũ q alique ppões dicũtur eq̃pollere dupl'r. vno mõ in significãdo: qr subordinantur vni ppositioni mẽtali vl' plurib⁹ sinonimis et sic ppões sinonime dicũtur equipollere: vt marc⁹ currit: tulli⁹ currit. Scdo mõ in iferẽdo et hoc dupl'r: vno mõ qr inferũt seinuicẽ in cõña materiali τ sic iste dicũtur eq̃pollere oĩs homo est risibilis omñe risibile est hõ. scdo mõ qr inferunt seinuicem in cõña formali τ ppter aduentum negationis q̃admodũ est hic ad ppositũ. ❡ Et aduerte q q̃ttuor sunt regule eq̃pollentiaꝝ. quaꝝ prima est q si alicui signo vl'i vel particulari pponat negatio equipollet suo cõtradictorio. i. q totum aggregatũ ex ppõne cui additur negatio τ negatione eq̃pollet illi cui ppõ sine tali negatiõe cõtradicebat vt nõ q̃libʒ homo currit eq̃pollet illi q̃dam homo nõ currit. Quot sũt re. eq̃pollentiarũ. Prima

Sciendũ est scdo q scda regula eq̃pollentiaꝝ talis est q si alicui signo vl'i postponatur negatio eq̃pollet suo cõtrario. i. datis duabus ppõnib⁹ cõtrarijs si vni eaꝝ postponat negatio imediate post totũ distributũ a parte subiecti facit totũ aggregatũ ex illa negatione τ ppositione eq̃pollere illi cui ppõ pcedẽs sine tali negatione cõtrariabat. vt q̃libet hõ non currit eq̃pollet isti nullus homo currit. Dicit notãter imediate postposita p⁹ totũ distributũ: qr si nõ poneret imediate nõ faceret eq̃pollere. defectu cuius iste nõ eq̃pollẽt cuiuslibʒ hoĩs oculus est dexter. τ nullius hoĩs oculus est dexter. sʒ oportet sic dicere cuiuslibet hoĩs nõ oculus est dext. Secũda

❡ Tertia regula eq̃pollentiaꝝ est talis q si alicui signo vl'i vel particulari pponat negatio τ postponat eq̃pollet suo subalterno. i. datis duabus ppõnib⁹ subalternis si vni eaꝝ pponatur negatio toti ppositioni τ etiaʒ post ponat toti subiecto cadẽs supra totũ sequẽs facit totũ aggregatum ex illis duab⁹ negationib⁹ τ illa ppositione eq̃pollere illi propõni cui talis ppositio cui addunt negatiões subalternabat vt iste ppões sunt subalterne q̃lʒ hõ currit: q̃dam hõ currit. sõ si in vna earũ pponat negatio τ postponat toti subiecto fac totũ aggregatũ ex illis negationibus τ illa ppõne eq̃pollere illi ppõni cui ppõ illa sine negationib⁹ subalternabatur. Tertia.

Sciendũ est tertio q ex predictis regulis quarta regula seq̃tur q si in aliq̃ ppositione ponãtur duo signa negatiua negãter capta vnũ a pte subiecti τ aliud a parte pdicati posita tñ ante copulã. primũ eq̃pollet suo cõtrario. scdm vo suo cõdictorio id est q tũc illa ppõ in qua ponũtur sic illa duo signa eq̃pollet vni alteri ppositioni in qua cũ subiecto ponitur signum cõtrariũ signo vl'i negatiuo τ cũ predicato signũ cõtradictoriũ signo vl'i negatiuo: vt iste eq̃pollẽt nihil nihil est. τ qd'lʒ est aliq̃d. ❡ Aduerte q notãter dr ante copulã: qr iste nõ equipollerent nihil est nihil τ qd'libʒ est aliq̃d: qr p- Quarta rl'a ex su predict.

ma est negatiua τ scda affirmatiua. Iꝫ tn̄ videatur ꝙ petrus hyspan⁹ dicat illas esse eq̄pollentes. Et iste regule pn̄t esse satis manifeste in q̄busdam versibus positis in textu.

Cōtra predicta arguitur primo sic si plures ꝓpositiones eq̄pollerent tunc plures ꝓpositiones vni τ eidē cōtradicerent sꝫ hoc est falsum: q2 vni est tm̄ vnum cōtrariū. ¶ Secundo sic: si prima regula esset vera sequeretur ꝙ vna ꝓpositio eq̄polleret suo cōtradictorio. sed hoc est falsum: igit. ¶ Tertio sic: iste nō eq̄pollent oīs hō est aīal oīs nō hō est aīal cū sit vna vera τ alia falsa: ergo scda regula est falsa.

Ad primum dicitur ꝙ plures propositiones nō eq̄pollentes nō cōtradicunt vni ꝓpositioni: tn̄ plures ꝓpositiones eq̄pollētes pn̄t vni cōtradicere. ¶ Dicit ad scdm ꝙ solutō patet in notabilib⁹. ¶ Ad tertium dicit ꝙ non sufficit ꝙ negatio ponat imediate post signum sed opꝫ ꝙ ponat post totū subiectum distributum cadens supra copulā sequentem.

m Odus est adiacēs rei determinatio τ hꝫ fieri ꝑ adiectiuū. sꝫ duplex est adiectiuū. Quoddā est adiectiuum noīs vt albus niger τ similia. Aliud est adiectiuū verbi vt aduerbia. Scdm em̄ priscianū aduerbiūꝫ est vi verbi adiectiuum. Et ideo duplex est modus vn⁹ noīalis q̄ fit ꝑ adiectiuū noīs. ali⁹ aduerbialis qui fit ꝑ aduerbiū vt hō currit velocit. Itē aduerbioꝝ q̄dam determināt verbū gratia cōpositiōis vt ista sex: necessario: cōtingēter: possibiliter τ ĩpossibiliter: vero τ falso. Alia determiant verbum gratia rei verbi: vt fortiter agit velociter currit. Alia determinant gratia tp̄is: vt hodie cras. Et alia aduerbia tēporalia. Alia aduerbia determināt rōne modi. vt aduerbia optandi hortādi τ sic sumit multiplr modus ꝑ aduerbia. Sed omissis oībus alijs solū nunc de illis dicendū est qui cōpositionēꝫ determinant vt sunt necessario: contingēter τc. Cuꝫ em̄ dicit hō necessario sedet significatur ꝙ compositio sessionis cū hoīe sit necessaria sed cum dr̄ homo currit bene vel velociter significatur ꝙ cursus hoīs sit velox vl̄ bonus τ in ista determiatur res verbi in prima vero cōpositio. vn̄ solūꝫ illi modi qui cōpositionē determinant faciūt ꝓpositionē modalēꝫ: ideo de talibus solūmodo hic intendim⁹. Et sumūtur quādoqꝫ p̄dicti modi noīaliter: vt possibile impossibile: cōtingens necessariū verū τ falsuꝫ. qn̄qꝫ aduerbialiter: vt possibiliter ĩpossibiliter: necessario cōtingēter vero τ falso. Propositio modalis est illa q̄ determiat aliquo istoꝝ sex modoꝝ possibile impossibile: cōtingēs necessarium verū τ falsum: vt sortē currere ē possibile τ sic de alijs. Et in istis modalib⁹ verbū debet subijci mod⁹ aūt p̄dicari. oīs autē alie ꝓpositiones q̄ nō determinantur ꝑ illos sex modos dicūtur de inesse. Sꝫ adhuc ille ꝓpōnes q̄ modificantur his modis vero τ falso ad p̄sens relinquunt q2 in illis eodem modo sumūtur oppositio τ cōueniētia sicut in illis de inesse. In illis autē de his quattuor modis: possibile impossibile: contingens τ necessariū. aliomō sumit oppositio equipolletie vel cōueniētie vt postea patebit. Sciendū autē ꝙ quilibet istoꝝ quattuor modoꝝ q̄tuor facit ꝓpōnes modales. ideo cū modi sint quattuor quat quattuor erunt ꝓpositiones τ sic erūt sexdeci verbigratia. Iste modus possibile si sumat sine negatiōe facit vnā ꝓpōnē modalē vt sortē currere ē possibile. si aūt sumat cū negatiōe lata ad ꝟbū facit scdam vt sortē nō currere est possibile. si ꝟo cū negatione posita ad modū facit tertiā vt sortē currere nō ē possibile: sꝫ cū negatiōe posita ad ꝟbū τ admodū facit aliā vt sortē nō currere nō est possibile. Et hoc mō fit vnū quēqꝫ alioꝝ modoꝝ sumunt q̄ttuor ꝓpōnes modales.

p Rimo sciendum est ꝙ diffinitio modi sic est intelligenda modus est determinatio significans aliquid vel aliqualiter

Qualiter intelligitur diffinitio modi.

per modum adiacentis rei id est suo determina bili. vnde ꝑ hoc ꝙ dr̃ adiacens remouet̃ determinatio substãtialis q̃ ꝓprie nõ adiacet. Ex quo sequit̃ ꝙ determĩatio implus se hʒ q̃ mod⁹: quia substantiuũ põt dici determĩatio: ⁊ tñ nõ ẽ mod⁹. Sequit̃ scd̃o ꝙ mod⁹ ⁊ adiectiuũ idẽ sunt et ꝙ duplex est adiectiuũ. s. nois et verbi. ⁊ ideo duplex est mod⁹. s. noĩalis ⁊ aduerbialis. Ex quo sequit̃ tertio ꝙ oĩe adiectiuũ dr̃ mod⁹ siue ponat̃ a pte subiecti siue a pte p̃dicati: siue sit nomen siue ꝓnomẽ siue pticipiũ. Et q: aliq̃s dubitaret postq̃ oĩe adiectiuũ est mod⁹ vt͛ȝ oĩe adiectiuũ faciat propõnem modalẽ. Responde tur ponẽdo aliq̃s propões. ¶ Prima. solũ adiectiuũ verbi. i. aduerbiũ determinãs ꝯpositionẽ p̃dicati ad subiectũ dr̃ facere propõnẽ modalẽ: scȝ possibilr̃ ĩpossibiliter necessario ⁊ cõtingenter. ¶ Scd̃a propõ: sola adiectiua istoꝝ aduerbioꝝ dicũtur facere propõnem modalẽ. scilȝ possibile ĩpossibile cõtingẽs ⁊ necesse. ¶ Tertia ꝓpõ: lȝ sint ples mõi faciẽtes ꝓpõnẽ modalẽ q̃ isti q̃ttuor. tñ solũ enũerãt̃ isti q̃ttuor. q: sũt magis vsitati. etiã faciũt ꝓpões modales eq̃pollere ꝑ aduẽtũ negatõis nõ q̃ũt alij mõi cuiusmodi sunt creditũ opinatũ verum ⁊ falsum.

Sciendũ est scd̃o ꝙ isti modi possibile ĩpossibile ꝯtingẽs ⁊ necesse p̃nt capi dupliciter: vno mõ p̃ie intẽtionalr̃ ⁊ hoc duplr̃: vno mõ cathegorematice ⁊ sic sunt dr̃e entis. ⁊ tũc possibile valȝ tñ sicut res possibilis: ⁊ necesse sicut res necessaria. scd̃o modo sincathegorematice. ⁊ sic sũt quedam sincathegoremata determinãtia copulã: ⁊ tunc dicũtur facere propõnẽ modalẽ diuisam. Alio mõ capiũtur scd̃e intẽtionaliter. ⁊ sic sunt dr̃e propõnum ⁊ dicuntur facere propõnem modalẽ cõpositã. Ex quo sequitur ꝙ duplex est propõ modalis. scȝ ꝯposita ⁊ diuisa.

Possibile ĩpossibile ptingẽs quot mõis capiuntur.

Cõposita est in qua modus subijcit̃ vel p̃dicat̃: vt possibile est sortẽ currere: ⁊ iste nõ sunt ꝓprie modales sed de inesse. sed vocãtur modales solum propt̃ silitudinẽ quã habẽt cũ modalibus diuisis. Sed modalis diuisa est propõ cathegorica in qua mod⁹ se tenet ex pte copule tãq̃ determĩatio eius: vt hõ possibiliter est currẽs. Et aduerte ꝙ qñ mod⁹ tenet̃ aduerbialiter. tũc est dicit̃ esse copula totalis et mod⁹ determĩatio et nõ est ps copule. vt sortes possibiliter currit. sȝ quando modus tenetur noĩaliter tũc aggregatum ex isto verbo est et isto infinitiuo esse explicite vel implicite dicitur esse copula total. sic qd̃ est. est ps min⁹ principalis ⁊ esse est ps principalis: vt sortem possibile est esse albũ: aggregatuȝ ex ly est et esse dicitur esse copula totalis.

Quid est ppõ modal' cõposita.

Quid est ppõ modalis diuisa.

Sciendũ est tertio ꝙ ꝓpositio modalis sic diffinitur a petro hispano. est que modificatur aliquo istoꝝ q̃ttuor modoꝝ. possibile: impossibile cõtingẽs ⁊ necesse. Unde aduerte ꝙ ipse solũ diffinit ꝓpõnem modalẽ cõpositã que nõ est modalis. iõ insufficiẽter diffinit et ꝙ solũ diffiniat patȝ in ei⁹ exemplis. Nõ est etiã dicẽdum ꝙ ipe diffiniat ꝓpositionẽ modalẽ diuisaȝ que ꝓprie est modalis: q: ipse exemplificat de vero et falso que nõ faciunt ꝓpõnem modalẽ diuisam sed solũ cõpositã. iõ insufficienter determinat d̃ modalib⁹. Sȝ si diceres quid ergo erit modalis diuisa q̃ soluȝ est modalis. Dico ꝙ põt sic diffiniri siue describi. est cuius copula modificata aliquo mõ determinãte cõpositionẽ p̃dicati cũ subiecto. Ex quo sequit̃ ꝙ quando dicit̃ petrus hyspanus ꝙ modus subijcitur et verbũ predicatur solũ loquit̃ de modali cõposita. Sequitur secundo ꝙ ꝓpõ non dr̃ ideo modalis q: in ipa ponatur modus. sed quia in ipa ponitur modus determĩans ꝯpõnem p̃dicati cũ subiecto.

Quid est ppõ modalis.

Arguitur sic primo. albedo adiacet rei ⁊ tamen non est modus: ergo diffinitio modi nõ ẽ bona. ¶ Secũdo sic. nullũ subiectuȝ vel predicatũ est determinatio copule: sed modus est subiectum vel predicatum: igitur. ¶ Tertio sic. nullum puruȝ cathegorema põt esse determinatio copule: sed possibile ⁊ impossibile sunt pura cathegoremata: ergo non possunt determinare copulam.

Adiacere q̃t modis capitur.

Ad primum dicitur ꝙ adiacere põt capi dupliciter. vno mõ prime intẽtionaliter vt idẽ ẽ ꝙ inherere. et sic bñ albedo adiacet rei: alio modo capit̃ scd̃e intentionaliter vt tãtum valet sicut significare per modũ adiacẽtis: et sic solũ adiectiuũ adiacet. ¶ Ad scd̃m dicit̃ ꝙ possibile ⁊ impossibile capta scd̃e intẽtionaliter sunt subiectum vel p̃dicatum ꝓpositionis et sic faciunt ꝓpositionẽ modalem cõpositam: sed ipa capta prime intentionaliter ⁊ sincathegorematice faciunt ꝓpositionem modalem diuisam: ⁊ sic nõ subijciuntur neq̃ predicantur. ¶ Solutio tertij patet in secũdo notabili.

¶ De qualitate modalium.

Sciendum est primo ꝙ qualitas in modalibus diuisis attenditur eodem mõ sicut in cathegoricis de inesse. s. ex parte copule totalis vel principalis particiata ꝙ illa dicitur proprie affirmatiua in qua nulla negatio neganter capta ponitur: vel cuius copula principalis. vel principalior pars copule nõ negatur. sed illa propositio dicit̃ negatiua in q̃ totalis copula: vel principalior pars copule negatur. ⁊ dicitur prĩcipalior pars propter tales propositiones sortem possibile est non esse: sortem possibile est non currere: in quibus totalis copula non negatur. tamen principalior pars copule negatur: scilicet infinitiuus qui est principalior pars: quia ratione eius extrema vniũtur adinuicem. Ex quo sequitur ꝙ modus nõ est pars copule sed solum determinatio copule licet multi dicant oppositum ⁊ debent ista intelligi de propositione modali diuisa ⁊ nõ composita que est mera de inesse. Et si quis querat quid est propositio modalis composita dicitur ꝙ est in qua ponitur modus a parte subiecti vel predicati verificabilis de tota propositione mediãte copula nõ modificatã. Et dicit̃ notãter de tota ꝓpõne ꝓpter istas propões deꝑ

Unõ attẽdit̃ q̃litas ĩ modalib⁹ diuisis.

diligere est bonū: deum odire est malum in quibus ponitur modus a parte predicati: n̄ tn̄ sunt modales composite: quia talis modus non potest verificari de tota propositione.

Sciendū est secūdo q̄ oēs propositiones in quib⁹ ponūtur isti modi possibile ⁊c. solēt oēs distīgui fm̄ sensum cōpositū ⁊ fm̄ sensum diuisuz. licet tamē de rigore sermonis non debeāt distingui. nam si modus ponatur a pte subiecti vel p̄dicati sunt cōposite. si vero a parte copule sunt diuise. Unde sensus ꝯpositus fit faciēdo modū p̄dicari de tota ꝓpōne correspondēte dicto vel ecōtra: vt sensus cōpositus istius ꝓpositionis albū possibile est esse nigrū est iste: hec propositio albū est nigrū est possibilis. s; ad dandū sensū diuisum oportet mutare subiectuz in hoc pronoīe hoc supponēs pro illo ꝓ quo supponebat subiectū ⁊ hoc maxime qn̄ subiectū est cōcretū cōnotatiuū: vt sensus diuisus istius ꝓpōnis albū possibile est esse nigrū ē iste hoc possibile ē esse nigrū: vel pōt dari per vnā copulatiuā: vt hoc est albū ⁊ hoc potest esse nigrum.

Sciendum est tertio q̄ quantitas in modalib⁹ diuisis tripliciter attēditur. primo ex parte subiecti dicti: ⁊ sic idem est iudicium sicut de q̄titate propōnum de inesse. Alio mō ex parte modi. ⁊ sic dico q̄ isti duo modi necesse et impossibile se habent circa copulā sicut omnis nullus circa subiectū. nam necesse distribuit copulam pro quolibet tpe importato per ipam. ⁊ etiā impossibile. sed cum hoc īpossibile includit negationē. sed possibile ⁊ ꝯtingens faciūt copulam stare determiate pro tpe importato p ipaz. Ex quo sequitur q̄ sensus hui⁹ ꝓpōnis hoīem necesse est esse aīal est talis. hoīem ꝓ quol; tpe necesse est esse aīal: ⁊ sensus istius hoīem possibile est esse aīal est iste: hoīez pro aliquo tēpore possibile est esse aīal. Tertio attēdit̄ ex pte subiecti ⁊ modi simul. ¶ Ex quo sequit̄ q̄ aliqua propō pōt dici simul vl̄is ⁊ pticularis: vt omnē hoīem possibile est currere. aliqn̄ vl̄is ⁊ pticularis simul: vt substantiā necesse est esse animal. Sed de q̄titate ꝓpōnum modaliū ꝯpositarū. Respondetur q̄ ad hoc q̄ aliqd̄ signum faciat specialr̄ ad quātitatē modaliū cōpositarū opz q̄ capiat̄ in neutro genere. vn̄ hec propō omnē hoīem esse animal est possibile nō est vl̄is: quia sensus ei⁹ est. talis propō oīs hō est animal est possibilis mō talis est indefinita. nam dictū supponit materialr̄ pro plurib⁹ propōnib⁹ indefinitis: sed si debeat fieri vniuersalis oportet addere signū vniuersale in neutro genere cum ista pticula ly: vt oē ly oēm hoīem esse aīal est possibile ⁊ est sensus oīs talis propō oīs hō est aīal est possibilis. ⁊ similiter dicatur de alijs.

Arguitur sic primo. in ista propositione sortes est possibilis ponitur aliqs istorū modorū: ⁊ tamē nō est modalis: igitur. ¶ Scd̄o sic. ista propositio sortē possibile est currere est modalis: ⁊ tamē nō modificatur aliquo istoruz modorum: igitur. ¶ Tertio sic. in ista propōne omnē hoīem currere est possibile subijcitur terminus cōis signo vniuersali determinatus: ergo est vniuersalis cuius oppositū dictum est.

Ad primū dicitur q̄ ille mod⁹ nō determinat cōpositionē predicati cum subiecto Jdeo nō est modalis. ¶ Ad scd̄m dr̄ q̄ illa diffinitio propōnis modalis datur solū de cōposita que nō est ꝓprie modalis s; de inesse. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ licet ibi subijciatur termin⁹ cōmunis materialiter tentus signo vniuersali materialiter tēto determinatus: nō tamē ꝑsonalr̄ tēto. vel pōt dici breuiter q̄ tale signū nō determinat totū subm̄: sed solū partē subiecti.

Harū aūt ꝓpōnū modaliū eq̄pollētie quattuor regulis cognoscūtur. quarū pria est cuicūq; dicto affirmato attribuit̄ possibile eidez attribuit̄ cōtingēs. ⁊ ab eodē dicto remouetur īpossibile. ⁊ ab ei⁹ ꝯtradictorio opposito remouet̄ necesse: vt sortē currere ē possibile: sortē currere ē cōtigēs sortē currere nō est īpossibile: sortez nō currere nō ē necesse. Scd̄a regl̄a: cuicūq; dicto negato attribuit̄ possibile eidē attribuit̄ ꝯtigēs. ⁊ ab eodez remouet̄ īpossibile: ⁊ ab ei⁹ cōtradictorio opposito remouet̄ necē vt sortē nō currere est possibile: sortē non currere est cōtingēs: sortē nō currere nō est īpossibile: sortē currere non est necesse. Tertia regl̄a ē a quocūq; dicto affirmato remouet̄ possibile et ab eod̄ remouet̄ cōtigēs: ⁊ eidē attribuit̄ īpossibile ⁊ ei⁹ cōtradictorio opposito attribuit̄ necē: vt sortē currere nō est possibile: sortē currere nō ē cōtigēs: sortē currere est īpossibile: sortē n̄ currere ē necē. Quarta regl̄a est a quocūq; dicto negato remouet̄ possibile ab eod̄ remouet̄ ꝯtigēs ⁊ eidē attribuit̄ īpossibile ⁊ ei⁹ ꝯdictorio opposito attribuit̄ necesse: vt sortez nō currere nō ē possibile: sortē nō currere nō ē ꝯtigēs: sortē nō currere ē īpossibile sortē currere est necē. Istarū aūt regularū exēpla disponunt̄ in q̄ttuor lineis siue ordinib⁹ figure sequētis qui possunt per hos versus denotari. Prim⁹ amabim⁹: edentuliq; se-

vna parua difficultas: vtrū ꝓpositiones de contingenti spāliter capto eodēmō equipolleāt ⁊ opponātur sicut ꝓpōnes de ɔtingēti gnāliter capto. Rñdet ꝙ nō: qꝛ ɔ̃rie de contingēti spāliter capto: ⁊ subcōtrarie solū opponunt̄ fm modum enūciādi ⁊ nō fm formā: qꝛ aliqñ sunt simul false ⁊ aliqñ siml̄ vere vt alias videbit̄ in logica.

Sciendū est tertio ꝙ in modalib⁹ cōpositis eodē mō sumūtur oppositōes sicut in illis de inesse: ita ꝙ singularis affirmatiua ɔtradicit singulari negatiue obseruatis ɔditionib⁹ reqsitis ad ɔ̃dictionē vt iste due ɔtradicūt: hoc ly hoīem currere est possibile: hoc ly hoīem currere nō est possibile. silr̄ vl̄is ⁊ ꝑticularis ɔtradicunt obseruatis ɔditionib⁹: vt oē ly hoīem currere est possibile: qōdā ly hoīem currere non est possibile. ⁊ ꝑticular̄ affirmatiua ⁊ negatiua opponūtur subcōtrarie: vt qōdā ly hoīem currere est possibile: ⁊ qōdā ly hoīem currere nō est possibile. ⁊ silr̄ dicat̄ de alijs oppositionib⁹ puta ɔ̃ ɔtrarijs ⁊ subaltēnis. s. ꝙ vl̄is affirmatiua ⁊ vl̄is negatiua opponunt̄ ɔtrarie. ⁊ vl̄is affirmatiua et ꝑticularis affirmatiua opponunt̄ subalterne seruatis ɔditionib⁹ ad tales oppositōes: vt oē ly hoīem currere est possibile. nullū ly hoīez currere est possibile. Et si q̄s dicat quis est sensus hu⁹ ꝓpōnis omē ly hoīem currere est possibile. Dicitur ꝙ talis est sensus: oīs talis ꝓpō hō currit est possibil̄. Et si q̄s dicat q̄d est ꝓpō possibilis. vr̄ ꝙ est illa q̄ significatione totali ⁊ ꝓpōnali significat ita eē sicut possibile est esse.

Primo arguitur sic. iste propōnes ens possibile est esse deū: ens īpossibile est eē deum: sunt in prima ⁊ tertia lineis: ⁊ tñ nō opponūtur cōtradictorie cuz possint simul esse vere: igitur. ¶ Scd̄o sic. iste duę hoīem possibile est currere: oēm hoīem possibile est non currere opponūtur ɔtrarie cum vna sit vl̄is affirmatiua: ⁊ alia vl̄is negatiua: ⁊ tñ nē sunt de tertia ⁊ q̄rta lineis. ¶ Tertio sic. iste due fortē ɔtigit eē aīal: fortē nō ɔtingit eē aīal sunt ī p̄ria ⁊ scd̄a lineis. et tñ nō opponūt̄ subcōtrarie cū sint siml̄ false.

Ad primum dicitur ꝙ non obseruantur ɔditiones reqsite ad ɔ̃dictorias. iō non opponūt̄ ɔ̃dictorie. ¶ Ad scd̄m d̄r ꝙ ꝓpōnes ɔ̃rēs ex ꝑte dicti et ꝑticulares ex ꝑte modi non seruant aliquā legē oppōnis neq; econtra. cū oēs sunt ille de qb⁹ fit instātia: ⁊ cū ar̄. ista est vl̄is affirmatiua. ⁊ alia vl̄is negatiua. Rñdet̄ ꝙ veruz est ex ꝑte dicti. s̄z nō ex ꝑte modi. Ad tertiū dicitur ꝙ si ɔtigēter capiat̄ gnāl̄r vt ɔuertit̄ cū possibili. tūc ille due opponunt̄ subcōtrarie fm formam ⁊ nō sunt simul false. s̄z si ɔtingēs accipiat̄ spāliter ꝓ illo qd̄ pōt esse et nō esse. tūc ille due nō sunt in p̄ma ⁊ scd̄a lineis. qꝛ linee nō sunt ex ɔtingēti capto spālit̄: s̄z ex ɔtigēti capto gnāl̄r.

¶ Sequit̄ textus.

Predicabile quīq; sumitur ꝓprie quīq; coīter et sic d̄r p̄dicabile qd̄ de plurib⁹ vniuoce predicat̄. vt hō de forte ⁊ platōe ⁊c. quīq; sumitur coīter: ⁊ sic d̄r predicabile qd̄ de vno solo siue de plurib⁹ p̄dicatur vniuoce vel equoce: vt hō de forte vel de platōe. vñ predicabile ꝓprie sumptū ⁊ vl̄e idem sunt fm rem tñ differunt fm rationē: qꝛ vl̄e diffinitur per esse in. predicabile vero ꝑ dici de. Est aūt predicabile qd̄ aptū natuz est dici de plurib⁹. Vl̄e aūt quod aptuz natū est esse in plurib⁹. Predicabile aūt proprie sumptū siue vl̄e diuidit̄ ꝑ gen⁹ spēm d̄ñam ꝓprium et accñs ⁊ solū de his hic intendim⁹.

Et sciendū primo ꝙ postq̄ determinatū est de ꝓpositionib⁹ ⁊ eaꝝ passionib⁹. ɔsequēter determinandū est de p̄dicabilib⁹ et vl̄ib⁹. Pro cui⁹ declaratione supponit̄ p̄mo ꝙ duplex est vl̄e. s. in causando vt de⁹. ⁊ in p̄dicando: vt hō de quo solū est hic ad ꝓpositum. Scd̄o supponit̄ ꝙ vl̄e in p̄dicādo pōt capi dupliciter. vno mō p̄me intētionalr̄. alio mō scd̄e intētionalr̄ seu ꝓ ꝑ se significato. Vñ vl̄e p̄me intētionalr̄ captū nō est aliud q̄ aliqd cognituz vt vnū in multis. ⁊ de multis cui ex natura rei nō repugnat sic esse cuiōi sunt significata adequata terminoꝝ cōium. Sed vl̄e scd̄e intētionaliter captū nō ē aliud q̄ q̄daz respect⁹ rōnis causatus ꝑ actū cōparatiuū intellect⁹ ɔparātis aliqd in ordīe ad sua inferiora vt vnū in multis ⁊ de multis. ⁊ sic diffinit̄ in textu vt qñ intellect⁹ cognoscit significatū adeq̄tum isti⁹ termini hō in ordīe ad sua inferiora puta ad petrū sortem ex tali cognitione cātur vn⁹ respect⁹ rōnis q̄ vocatur vl̄e. Ex quo sequit̄ ꝙ vl̄ia nō sunt nisi per intellectū q̄litercūq; capiant̄ siue prime intentionaliter siue scd̄e intētionaliter ⁊ hoc capiendo vl̄e ꝑ ɔceptib⁹ obiectiualibus.

Sciendū est scd̄o ꝙ logicus principalr̄ ɔsiderat d̄ vl̄i scd̄e intētionalr̄ capto qd̄ est subm in hac scīa ⁊ de ei⁹ spēb⁹ subiectiuis q̄ sunt quīq; vl̄ia. s. gen⁹: spēs: d̄ña: ꝓpriū: ⁊ accñs et min⁹ p̄ncipalr̄ de vl̄i p̄me intētionalr̄ capto. ¶ S̄z restāt aliq̄ parue difficultates. P̄ria vtrum sint aliq̄ nature seu res cōes sicut dicūt aliqui. Dicit̄ ꝙ aliqd esse cōe pōt intelligi duplr̄. vno mō ꝑ realē exñtiā sic. s. ꝙ sit aliq̄ res q̄ realit̄ sit in plurib⁹ ⁊ sic nulla est talis supple creata. alio mō per indifferentiā: qꝛ. s. q̄ tū est d̄ se sibi nō repugnat esse in multis: licet nūq; sit ⁊ sic bene ex natura rei sunt tales rationes cōes. ¶ Scd̄a difficultas nūne termini dicunt̄ vniuersalia in p̄dicando cum soli illi ponant̄ in ꝓpositionibus. Rñdet̄ ꝙ termini pñt dici vniuersalia in significando supponēdo ⁊ p̄dicādo. ⁊ tale est triplex fm ꝙ triplex est terminus. scilz mentalis vocalis ⁊ scriptus: vt ē iste term̄n⁹ homo tā mētalis

Duplex est vl̄e in causādo ⁊ in p̄dicando.

Quid sit vl̄e p̄me intētiōaliter captum.

Quid sit vl̄e scd̄e intentiōaliter captū

Quomodo intelligit̄ aliqd eē cōe

vocalis ꝙ scriptus: sed res cognite significate adequate per tales terminos dicūtur vniuersalia in esse concepto seu in esse obiectiuali.

Sciendum est tertio ꝙ si vniuersale ⁊ ꝑdicabile accipiātur scđe intentionalr se habēt sicut subiectū ⁊ propria passio sic ꝙ vniuersale est subm ⁊ ꝑdicabile ꝑpria passio q̄ semper est eadē cū subiecto. ¶ Et aduerte ꝙ sicut in primis intēnonibꝰ ⁊ rebꝰ inueniunt ꝑprie passiones spēs differētie ⁊ genera. ita in scđis intētionibꝰ inueniūtur ꝑprie passiōes dr̄e spēs et genera. sed si capiant prīe intētionalr: tunc est idem ɔceptꝰ obiectiualis vel eadē res cognita q̄ dr̄ vl̄is ⁊ ꝑdicabilis. ¶ Aduerte vlteriꝰ ꝙ vl̄e scđe intētionalr captū est genꝰ ad quinq̧ vl̄ia: ita ꝙ illa quinq̧ sunt spēs vl̄is. Ex quo sequit̄ ꝙ iste sūt ɔcedēde genꝰ est spēs: dr̄ia est spēs. imo etiā ista est ɔcedēda: spēs est spēs fm ꝑdicationem denoīatiuā. ⁊ hoc nō est incōueniens. puta qū vnū accipitur vt quid ⁊ aliud vt modus.

Arguitur sic primo. ex natura rei in re inuenit̄ natura q̄ est apta nata esse in pluribus: ergo ex natura rei inueniuntur vl̄ia. ¶ Scđo sic. si vl̄e prime intētionalr captū eēt res cognita vt vna in multis: ⁊ de multis seq̄retur ꝙ res subijcerētur ⁊ ꝑdicarētur qđ est falsum. ¶ Tertio sic. termini nati sunt de pluribꝰ ꝑdicari: ergo termini dicuntur vl̄ia ⁊ nō ipē res cognite.

Ad primā dicitur ꝙ ad hoc ꝙ aliquid dicat̄ actu vl̄e due ɔditiones requirūtur. Prima ꝙ illud sit cōicabile pluribꝰ. Scđa ꝙ sit in potētia ꝑpinq̄ vt dicat̄ de pluribꝰ q̄ ɔditio sibi solū ɔuenit ꝑ itellectū. ¶ Ad scđm dr̄ ꝙ res nō subijciunt̄ neq̧ ꝑdicātur sic ꝙ ex ipsis fiant propōnes. tn̄ possunt dici subijci vel ꝑdicari capiēdo subijci ⁊ ꝑdicari vt idē est ꝙ ɔcipi. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ termini tam mētales q̄ vocales q̄ scripti dicūtur bene vniuersalia in significādo supponendo ⁊ predicando.

Genus dicitur tripliciter. primo mō dr̄ genꝰ vt est collectio multorū quodāmō se habētium adinuicē ⁊ ad vnū principiū: vt collectio eorū q̄ sūt d eadē parētela: ⁊ descēdūt ab vno quo vt romani a romulo. ¶ Scđo mō dr̄ genus ꝑncipiū vniuscuiusq̧ gn̄ationis vt pater vel patria. ¶ Tertio mō dicit̄ genus cui supponitur species. ⁊ hoc vltimo mō sumitur hic ⁊ diffinit̄ sic.

Generis diffinitio

¶ Genus est quod predicat̄ de pluribꝰ differentibus specie in eo qđ quid vt animal predicatur de hoīe ⁊ de equo que specie differunt.

¶ Primo sciendū est ꝙ omne equocū prius est distinguendū q̄ diffiniēdū. ⁊ qr genꝰ est equiuocum. ideo prius est distinguendū q̄ diffiniendū.

¶ Pro cuiꝰ declaratiōe supponit̄ ꝙ genꝰ tripliciter accipit̄. primo mō accipit̄ ꝑ collectiōe multorum quodāmō se habentiū ad inuicē ⁊ ad vnū principiū: vt collectio romanoꝝ dicit̄ genus. ¶ Secūdo mō dr̄ genꝰ principium illius collectionis vt romulus dicitur genꝰ romanoꝝ. ¶ Et illud ꝑncipiū est duplex. s. in producēdo vt pater. ⁊ in obseruādo. vt locus. ¶ Tertio mō dr̄ cui supponit̄ spēs et de isto est hic ad propositū. ¶ Supponit̄ tertio ꝙ hic nō determinat̄ de omnibꝰ acceptionibus generū. sz solum de illis ad quarū similitudinē sumitur genꝰ logicū. vnde genus logicū hz similitudinē cū gn̄e ꝑmo mō dicto: qr sicut genꝰ ꝑmo mō dictū ɔtinet multa: ita genꝰ logicū continet multas spēs. ¶ Conuenit etiā cū genere scđo mō dicto: qr sicut genus scđo mō dictū est pricipiū multorum: ita genus logicum est principium multarum specierum.

Sciendū est scđo ꝙ genus sic diffinit̄. est qđ predicat̄ de pluribꝰ spē differentibꝰ in q̄d. in qua diffinitione ꝑ illud relatiuum qđ intelligit̄ vl̄e quod est genus ad q̄nq̧ vl̄ia ⁊ totum residuū ponit̄ ad dr̄iam aliorū vl̄ium. vnde ꝑmo ponit̄ de pluribꝰ quod capit̄ positiue. scz de multis ad dr̄iam indiuidui qđ nō ꝑdicat̄ de multis. Scđo ponit̄ differētibꝰ spē ad dr̄iā speciei q̄ nō ꝑdicant̄ de pluribꝰ differētibus specie. Tertio ponit̄ in q̄d ad dr̄iam differētie ꝑprij ⁊ accidētis q̄ predicant̄ in quale. ¶ Aduerte ꝙ ibi diffinit̄ genus scđe intētionaliter captum ⁊ nō prime intētionaliter captū cū nihil sit vnū et vniuocū tanq̄ genus ad oīa gn̄a prime intētionaliter capta. Alteriꝰ aduerte ꝙ licet genus scđe intētionalr captū sit spēs vl̄is. tn̄ in actu signato q̄ sit ꝑ ista verba dr̄ ꝑdicat̄. ꝑdicatur d pluribus differētibus specie.

Sciendum est tertio ꝙ genus qđ hic diffinit̄ capit̄ scđe intētionaliter. de quo diffinitio eiꝰ q̄ditatiue ꝑdicat̄. Ex quo seq̄tur falsitas aliquoꝝ dicentiū ꝙ genꝰ scđe intētionaliter captum diffinit̄ ꝑ gn̄e prime intētionaliter capto. Et si q̄s dicat ibi diffinit̄ illud pro quo genus supponit: vt dicēdo genꝰ est qđ ⁊c. sed genꝰ supponit ꝑ prima intētione: qr oīs terminꝰ cōcretiue acceptus supponit ꝑ significato materiali. Rn̄det̄ ꝙ q̄libet terminꝰ de bonitate itellectus pōt supponere ꝑ suo significato lz aliq̄n de vsu ꝑ alio supponat. Et aduerte ꝙ sicut ista est denomīatiua ⁊ accidētalis aīal est genꝰ ita et ista aīal ꝑdicatur de pluribꝰ: nam sicut diffinitum ꝑdicatur de aliquo ⁊ eius diffinitio.

Arguitur sic ꝑmo genus est spēs vniuersalis: ergo nō predicatur d pluribus differentibus specie cum spēs solū ꝑdicet̄ de pluribus differentibus numero: igitur. ¶ Scđo si diffinitio generis esset bona sequeretur ꝙ iste essent concedende homo est genus equꝰ est genus cū differāt specie: igit̄. ¶ Tertio sic. genus ꝑdicatur in quale: ergo male dicit̄ ꝙ predicat̄ in quid. antecedens patet: quia coloratum est genus ⁊ predicatur in quale: vt patet dicendo

paries est caloratus.

Ad primū dicitur q̄ genus predicari de pluribus differentib⁹ spē potest intelligi dupliciter. vno mō in actu exercito. vt dicendo homo est gen⁹: et sic nō est intelligendū. alio mō in actu signato q̄ fit p ista verba: dicit predicaṫ. et sic intelligiṫ. et p hoc patet solutio ad scdam ratione. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ cōcreta accidentium pñt ad duo corparari. vno mō ad sua inferiora. et sic predicanṫ in quid. alio modo ad sua subiecta. et sic predicantur in quale.

Ad cognoscendum hoc membrum de differentibus specie. oportz scire quot modis diciṫ differēs. vnde tot modis dr̄ differens quot modis dicitur idē. Idē. aūt dr̄ tripl'r. scz idē gn̄e idē spē. idem numero. Eadez genere sunt quecūq3 sub eodē genere ɔtinētur vt homo et asin⁹ sub animali. Eadez spē sunt quecūq3 sub eadē specie ɔtinentur. vt sortes et plato sub hoīe Idē numero dr̄ quadrupl'r. s. idē noīe idē diffinitione. idē proprio et idē accidente. Eadē noīe sunt quoꝝ rēs est vna noīa vero plura. vt marc⁹ tulli⁹ Eadē diffinitione sunt quoꝝ vnū est diffinitio alteri⁹. vt aīal rōnale mortale est diffinitio hoīs. Eadez pprio sūt quoꝝ vnū ē ppriū alteri⁹ vt hō et risibile. Eadē accidēte sūt quorū vnū est accidēs alteri⁹ vt sortes et albedo q̄ est in ipo. Silr̄ diūs dr̄ tripl'r. s. genere spē: et nūero. Diūa gn̄e sunt q̄ sub diuersis generib⁹ ɔtinenṫ: vt hō sub aīali et arbor sub plāta. Diūa spē sūt q̄cūq3 sub diuersis spēb⁹ ɔtineṫ: vt hō et asin⁹ sub aīali. Diūa nūero sūt q̄ faciūt diuersuz nūerū: vt sor. et plato. Illud vero dr̄ p̄dicari in q̄d qd̄ ɔueniēter rn̄detur ad interrogatione factā p q̄d: vt si q̄ratur q̄d est hō ɔueniēter rn̄detur aīal: et iō aīal p̄dicatur in q̄d de hoīe. aliter aūt diffinitur sic gen⁹ Gen⁹ ē cui supponitur spēs. Itē genus diuiditur in genus gn̄alissimū. et genus subalternū. Gen⁹ gn̄alissimū ē supra qd̄ non ē aliud gen⁹ superueniēs vel gen⁹ gn̄alissimū est qd̄ cū sit gen⁹ non pōt esse spēs. Et diuiditur in decem gn̄a gn̄alissima q̄ sunt decez p̄dicameta. s. substātia: q̄titas: q̄litas: relatio: actio: passio: situs: hītus: vbi: et qn̄. Hec aūt decē dicūtur gn̄a gn̄alissima: q2 nullū gen⁹ hn̄t supra se. Et lz ens sit supra ipa tn̄ nō dr̄ de ipis vniuoce: sed equiuoce: iō nō est gen⁹. De his aūt nihil ad p̄sens dicetur sed in predicamētis. Gen⁹ subalternū ē qd̄ cū sit gen⁹ hn̄ pōt esse spēs vt aīal est genus hominis et equi et est species corporis animati.

¶ Sciendū est primo q̄ ad cognoscēdū illaz pticulā differentib⁹ spē videndū est quot modis diciṫ idē: q2 opposita iuxta se posita magis elucescunt. vn̄ idē dr̄ trib⁹ modis. s. gn̄e spē et nūero. vn̄ eadē gn̄e sunt q̄ imediate et directe ɔtinētur sub eodē gn̄e: vt hō et equ⁹: et per oppositū de differentib⁹ gn̄e dicaṫ. Eadē spē sunt que directe ɔtineṫ sub eadē spē supple spālissima: vt sortes et plato sub hoīe et p oppositum dicaṫ de differentib⁹ spē. lz idē numero dr̄ q̄drupl'r. s. nomine diffinitiōe pprio et accidēte quoꝝ diffinitiōes satis patēt in textu. Unde iter istas idētitates maior idētitas est idētitas nūeralis que vt in plurib⁹ infert alias idētitates. lz maior diuersitas est diuersitas generica. Et aduerte q̄ est differētia inter ista. diuersum differēs et non idē. nam illa sunt diuersa q̄ in ɔceptu q̄ditatiuo nō cōueniūt vt vltime differentie. sed differētia semp in cōceptu quiditatiuo ɔueniūt. vt sortes et plato. sista solū dicunṫ de ente. lz nō idē dicaṫ tam de ente q̄ de nō ente: vt chimera nō est idē homini et tamen nō differt ab homine.

Idem q̄ tot modis dr̄

Sciendū est secūdo q̄ illud dicitur predicari in q̄d per qd̄ cōuenienter respondeṫ ad questionez factā per quid: vt si queratur q̄d est hō respondetur animal. ideo aīal predicaṫ in quid de homine. Unde aduerte q̄ quicquid predicatur in q̄d predicatur. per se primo modo lz nō econtra: quia differentie predicanṫ per se primo mō de speciebus et nō p̄dicanṫ in quid sed in quale. Aduerte etiā q̄ predicari in quid et esse de q̄ditate nō sunt idē. q2 differentie sunt de quiditate specieꝝ: et tamē nō p̄dicātur d̄ speciebus in quid lz in quale. Aduerte vlteri⁹ q̄ oē superi⁹ predicaṫ in quid de suis iferiorib⁹ siue sit in terminis prime intentionis siue secunde intentionis.

Quid sit p̄dicare i qd.

Sciē dū est tertio q̄ secūda diffinitio generis est ista. gen⁹ est cui supponitur species que debet sic intelligi: gen⁹ est vl'e sub quo directe et imediate ponitur spēs. Et dicitur notanter directe ppter differētias que ponuntur a latere. Diciṫ etiā notanter immediate propṫ

Gn̄is secūda diffinitio.

individua que solū mediāte spē ponunꝯ sub genere. Ex quo sequiꝯ ꝙ species est ꝓpriū correlatiuum et nō individuū. Et aduerte ꝙ genus diuiditur in genus gnālissimū ⁊ subalternū. vnde genus generalissimuz est qḋ cū sit gen⁹ non pōt esse species. q: species habz gen⁹ supra se. igiꝯ. sed generalissimū non hz gen⁹ supra se. igiꝯ. Ex quo seqꝯ alia diffinitio generis generalissimi ē qḋ nō hz aliud gen⁹ supueniēs. et diuidiꝯ in decē ꝑdicamēta. s. in substātiā ꝗtitatē ⁊ qualitatē. et sic de alijs. sic scz ꝙ decem sūt gnālissima exponēdo gnālissimū negatiue. Sed genus subalternū est qḋ cū sit genus hm̄ potest esse spēs subalterna: vt aīal respectu corporis est spēs. et respectu hominis est gen⁹.

Gn̄is diuisio.

Arguitur primo sic. aīal et substantia sunt idē genere et tn̄ non conuertunꝯ sub eodem gn̄e: igiꝯ. ¶ Scḋo sic. gen⁹ ⁊ spēs sunt due species: g̃ vnū nō cōtineꝯ a'b alio. ¶ Tertio sic generalissimum est spēs generis. g̃ male diciꝯ ꝙ generalissimū nō potest esse spēs.

Ad primū dicitur ꝙ licet nō contineātur sub codē genere. tn̄ vnū ꝯtineꝯ sub alio quod sufficit. ¶ Ad secundū diciꝯ ꝙ vnū nō ponitur sub alio in actu exercito. tamē bene ī actu signato. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ cōmittitur fallacia figure dictiōis arguēdo a suppositione simplici ad personalem.

Speciei diffinitiō

Species est quod predicatur de plurib⁹ differētib⁹ nūero in eo quod quid. In hac enī diffinitione hoc verbū predicaꝯ. dicit aptitudinem ⁊ nō actum. Similr̄ ⁊ in alijs vt hō ꝑdicaꝯ de sorte ⁊ platōe. ⁊ ď alijs particularib⁹ hominibus qui differūt numero. vt prī⁹ patuit. diffiniꝯ etiaz spēs. Spēs ē que poniꝯ sub assignato gn̄e. ⁊ ď q̄ gen⁹ i eo qḋ ꝗd predicaꝯ Et diuidiꝯ in spēm spālissimā ⁊ subalternā. Spēs spālissima est que cuz sit spēs nō pōt eē genus. vt hō equ⁹ et filia. vel est illa sub q̄ nō est alia inferior spēs sub se. Spēs subalterna ē q̄ cū sit spēs hm̄ pōt esse gen⁹. vn̄ q̄cūq3 sunt inter gen⁹ gn̄alissimū ⁊ spēm spālissimā pūt esse gn̄a ⁊ spēs ad aliud tn̄ ⁊ ad aliud sumpta. sunt enī gn̄a respectu inferiorū spēs vero respectu superiorū. sicut pz in arbore. Ut h̄ aūt sit mag⁹ planū sumaꝯ exemplū i vno quoq3 predicamēto. vt suba est gen⁹ primū. et sub hoc ponitur corpus. et sub corpore corp⁹ aīatum. sub corpore animato aīal: ⁊ sub aīali aīal rōnale. ⁊ sub rōali hō. et sub hoīe sūt indiuidua: vt sortes ⁊ plato. Indiuiduū est quod de vno solo predicatur. vt sortes de seipso.

¶ Primo sciendū est ꝙ ꝯsequēter videndū est de secūdo predicabili. s. de specie. Unde spēs dicitur duobus modis. Uno mō vt est pulcritudo vt forma rei et sic nō capitur hic. alio mō pro eo qḋ poniꝯ sub assignato gn̄e ⁊ sic capiꝯ adhuc dupliciter. vno mō prime intētionalr̄ ⁊ sic non est aliud ꝙ̄ significatū adequatū alicuius termini cōmunis vt indifferens est ad multa dr̄a nūero alio mō scḋe itētionalr̄: ⁊ sic est respectus rationis causatus pactū ꝯparatiuū nostri intellect⁹ cōparantis ad tale significatū adeq̄tū ī ordine ad sua inferiora: et sic capitur hic. Et eius sunt tres diffinitiōes. Prima spēs est qḋ predicatur de plurib⁹ differentib⁹ numero in eo quod q̄d. ⁊ debet intelligi in tali diffinitōe solū ad drīaz generis quod ꝑdicaꝯ de plurib⁹ differētib⁹ specie Secunda diffinitio species est q̄ poniꝯ sub assignato genere supple īmediate et directe. Et ponitur notanter sub assignato gn̄e. i. sub determinato: quia nō ponitur sub quocūq3 genere. Tertia diffinitio. spēs est de qua genus ī eo qḋ quid ꝑdicatur: ⁊ debent intelligi iste diffinitiōes ī actu signato q̄ exercetur in primis. Et aduerte ꝙ licet vni⁹ rei vel termini nō sint plures diffinitiones quiditatiue. tamen possint esse plures per additamentum.

Spēi diuisio.

Sciendū est secūdo ꝙ sicut genus diuiditur in gen⁹ gnālissimū ⁊ gen⁹ subalternū ita species diuidiꝯ in spēm spālissimā ⁊ speciez subalternā: ⁊ sunt tales diuisiones toti⁹ in mō in suas partes sic ꝙ spēs spālissima ⁊ spēs subalterna nō addunt supra spēm nisi differentias accidētales. Ex quo sequiꝯ ꝙ spēs spālissima ⁊ spēs subalterna nō dicūt aliquē ꝑ se vnū conceptum. sed solum per accidēs. igitur iste sunt cōtingentes species specialissima est species. Unde ipsius speciei specialissime sūt due diffinitiones. prima est ꝙ cum sit species non potest esse genus. secunda ꝙ cum sit species nō habz aliaz speciem inferiorem: ⁊ diuiditur solū per differētias indiuiduales. sed species subalterna est ꝙ cum sit species potest esse genus: q: diuidiꝯ per differentias formales cōstituentes spēs vt aīal per rōnale et irrationale.

Tertio sciēdū est ꝙ petrus hyspanus incidētaliter determīat de indiuiduo dicens Indiuiduuz est qḋ de vno solo ꝑdicaꝯ. vt sortes de seipso. et h': vno solo ad differentiā ꝑdicabiliꝯ quod ꝑdicatur de plurib⁹. Et aduerte ꝙ ibi diffinitur indiuiduū secunde intentionalr̄ captuz Et si quis dicat indiuiduū secunde intentionaliter captuz ꝑdicatur de plurib⁹ puta de hoc indiuiduo et de illo g̃ male dicitur ꝙ de vno solo ꝑdicatur. Rn̄detur ꝙ indiuiduū secunde intētio

naliter captum est spēs. lō p̄dicatione exercita p̄dicaṫ de plurib⁹ differētibus numero. puta d̄ hoc indiuiduo, ꝛ de isto. Sed p̄dicatione signata ꝛ essentialiter solū p̄dicaṫ de vno solo. ¶ Aduerte ꝙ in diffinitione indiuidui debēt intelligi ille pticule q̄ ponebanṫ in diffinitione termini discreti. ¶ Aduerte finalr ꝙ septē sūt ꝓprietates indiuidui qbus indiuiduū cognoscit ꝛ distinguiṫ saltē extrinsece ab alijs q̄ ꝯtinētur in istis verbsib⁹. Forma figura: locus: strips: nomē: patria tp̄us. Hec septē ꝓprie cōtinet oīs homo.

Quot sūt ꝓprietates indiuidui.

Arguitur sic primo spēs p̄dicatur de pluribus differētib⁹ spē: vt hō est spēs asin⁹ est spēs: ḡ male d̄r ꝙ solum p̄dicaṫ de pluribus differētibus nūero. ¶ Scdo sic illa de qb⁹ predicaṫ spēs solū differūt numero: ḡ spēs nō predicaṫ de plurib⁹ differētib⁹ numero. ¶ Tertio sic: si indiuiduū scdē intētionaliter captū esset spēs sequereṫ ꝙ essent plures spēs vniuersalis ꝙ quinq₃. sed hoc est falsum: gṫ.

Ad primū dicitur ꝙ spēs accidētaliter bn̄ p̄dicaṫ de plurib⁹ differētib⁹ spē sed nō q̄ditatiue. ¶ Ad scdm d̄r ꝙ argumentū bn̄ ꝓbat si ly plurib⁹ teneaṫ cōparatiue: s₃ nō si teneaṫ positiue. ¶ Ad tertiū dicitur negādo ꝯsequentiam: q2 licet indiuiduū sit spēs nō tn̄ est spēs vlis sed alicui⁹ alteri⁹ nob inoīati. Text⁹.

D Ifferētia d̄r tripl'r. cōiter. proprie ꝛ magis proprie Cōiter differētia est qua vnū differt ab altero separabili accnte: vt sortes sedēs differt a platone currēte. Propria dr̄ia est q̄ vnū differt ab altero īsepabili accidēte vt sortes cim⁹ differt a platone aq̄llo. Dr̄ia magis ꝓpria est qua vnū differt ab altero specifica dr̄ia vt hō per rōale differt ab equo ꝛ asino. et diffiniṫ sic. Dr̄ia est qd̄ p̄dicaṫ de plurib⁹ differētib⁹ spē in eo qd̄ q̄le. vt rōnale p̄dicatur de hoīe: ꝛ de dijs q̄ differūt spē. sum⁹ eīn rōnales nos ꝛ dij vt vult porphirius. s₃ mortale additū nobis sepat nos ab illis Illud aūt d̄r p̄dicari in quale qd̄ cōueniēter rn̄detur ad interrogationē factā per quale. vt cu₃ queritur qualis est homo: cōueniēter respōdetur rōnalis: ꝛ ideo rōnale predicatur de hoīe in q̄le. Aliter sic diffinitur. Differentia est qua abūdat spēs a genere: vt homo abundat ab animali his differentijs rōnale mortale. Et sciendum est ꝙ eade₃ differentia est diuisiua ꝛ cōstitutiua. sc₃ diuisiua generis ꝛ constitutiua spēi. vt rōnale diuidit aīal cum dr̄ia sibi opposita. Dicimus eīn aīalium aliud rōnale ꝛ aliud irrōnale: ꝛ iste due dr̄ie cōstituūt diuersas species sub animali. omis eīn differentia aduenïens generi cōstituit speciem. ꝛ ideo constitutiua vel diuisiua nominatur: mortale eīn additum super hoc genus animal cōstituit speciem. Et dicit Boetius ꝙ sola spēs diffinitur. diffinitio eīn cōsistit ex genere ꝛ dr̄ia: sed sola spēs habet genus ꝛ differentias ꝛ omne illud qd̄ h₃ genus ꝛ dr̄ias diffiniṫ.

¶ Sequitur figura.



S Ciendum est primo ꝙ postꝙ determiatum est de scdo predicabili: sc₃ de specie ꝯnr determinandū est de tertio. s. d̄ differentia dicēdo ꝙ differentia dicitur tripliciter: scilic₃ cōiter ꝓprie ꝛ magis proprie. Unde

Differentia quot modis de

differentia cōmunis est qua alterum differt ab altero separabili accidēte. vt sortes albus differt a platone nigro. differētia cōiter dr̄ cōis nō per predicationē sed ſm vsum cōiter loquentium. Differētia ꝓpria est qua alterū differt ab altero inseparabili accidente vt sortes simus differt a platone aq̄llo. ⁊ dr̄ ꝓpria: q2 est in vsu proprie loquentiū. Differētia magis ꝓpria est qua alterum differt ab altero specifica differētia vt rōnale ⁊ irrationale ⁊ dicit̄ magis ꝓpria: q2 est in vsu proprijssime loquētium .i. sapientium. ⁊ de ista scd̄e intentionaliter capta est hic ad ꝓpositum ⁊ diffinit̄ sic. Est qd̄ p̄dicat̄ de pluribꝰ differentibꝰ spē in eo qd̄ quale essentiale. ⁊ dicitur essentiale ad dr̄iam accidentis ⁊ ꝓprij que predicant̄ in quale accidētale. vn̄ illud dr̄ predicari in quale ꝑ quod ꝯueniēter rn̄detur ad interrogationē factā per quale vt si queraт̄ qualis est homo ꝯuenienter respondetur rationalis.

Sciendum est scd̄o ꝙ petrus hyspanus solū diffinit dr̄iam genericā q̄ nō facit tertiū p̄dicabile. sed dr̄iam que est cōīa ad differentiam gn̄icam ⁊ specificā: ⁊ diffinit̄ sic. vt ē tertium p̄dicabile est qd̄ p̄dicat̄ de pluribus in quale essentiale. vn̄ duplex est dr̄ia magis propria scz gn̄ica ⁊ specifica. Generica est que ꝯuertitur cū genere ⁊ facit ip̄m differre ab oī alio. vt sensibile cōuertit̄ cum aīali ⁊ facit ip̄m differre ab oīu alio. Sed dr̄ia specifica est q̄ cōuertitur cum spē ⁊ facit eam differre ab oīu alio: vt rōnale ⁊ talis sic diffinit̄ est qd̄ p̄dicatur de pluribꝰ differētibꝰ nūero in q̄le eē̄ntiale. ¶ Et aduerte ꝙ dr̄ia siue gn̄ica siue specifica est eadē res cū illo cuius est dr̄ia: licz tamē distinguat̄ formaliter vt rationale est idem cuz homine: tamen distinguitur formaliter.

Alia differentie diffinitio

Sciendum est tertio ꝙ aliter diffinitur differentia est qua species abundat a genere id est qua spēs actu ⁊ essētialiter plura cōtinet ꝙ̄ genus vt per rōnale hō plus ꝯtinet actu ⁊ essentialiter ꝙ̄ aīal: q2 differentia que diuidit genꝰ nō cōtinet̄ in genere actu sed solū in potentia id est sicut in magis cōi. ¶ Et aduerte ꝙ ista diffinitio cōuenit tam differentie generice ꝙ̄ specifice. ¶ Aduerte vltra ꝙ eadem differētia est diuisiua generis ⁊ cōstitutiua speciei .i. ꝙ illa differentia que cū sua opposita diuidit genus illa eadem cōstituit speciem vt rationale cum irrationali diuidit aīal ⁊ cōstituit hominem.

Arguitur sic primo diffinitio differentie nō conuenit differētie specifice sicut rōnali. ergo nō est bona. ¶ Scd̄o sic: differentia et illud cuius est differentia sunt idem vt homo ⁊ rationale. sed illud cui est idem nō predicatur in quale. ergo neqꝫ differentia. ¶ Tertio sic: q̄cquid cōtinet species continet genus ⁊ cuz hoc plus: ergo male dicit̄ ꝙ differētia est q̄ abūdat species a genere.

Ad primum dicitur ꝙ differentia specifica nō ꝯtinetur sub differentia generica que ibi diffinitur: ideo nō oportet ꝙ diffinitio sibi conueniat. ¶ Ad scd̄m negatur ꝯn̄a: q2 lz sint idem realiter distingunt̄ tamen formaliter quod sufficit. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ genus in potentia bene plura continet ꝙ̄ species sed non in actu.

P Roprium dicitur quadrupliciter. vno modo dicit̄ ꝓpriuz quo cōuenit soli sz nō oīm vt esse grāmaticū scd̄o modo dr̄ ꝓprium qd̄ conuenit oīm sed nō soli. vt esse bipedē. tertio modo dr̄ ꝓprium quod cōuenit oīm et soli sed nō semꝑ. vt canescere in senectute. Quarto mō dr̄ ꝓprium qd̄ cōuenit oīm ⁊ soli ⁊ semꝑ vt risibile inest hōi ⁊ soli spēi ⁊ semꝑ. nō eīm dicit̄ hō risibilis eo ꝙ sꝑ actu rideat sz q2 aptꝰ natus est ad ridendū: ⁊ propriū hoc mō sumptū est vnū de quinqꝫ p̄dicabilibꝰ: ⁊ diffinit̄ sic ab aristotele. Propriū est qd̄ cōuenit omni ⁊ soli ⁊ semꝑ ⁊ cōuersī p̄dicat̄ de re ⁊ nō indicat q̄d est eē rei. vt risibile inest hōi nō indicat q̄d est esse rei ponit̄ in diffinitiōe ꝓprij ad dr̄iam diffinitiōis q̄ cōuersim p̄dicat̄ d̄ re et indicat q̄d est eē rei substātia aīata sensibilis cōuertit̄ cū aīali ⁊ indicat eiꝰ esse: q2 oīs diffinitio dat̄ per substātialia. oīe eīm superiꝰ est de eē̄ntia sui iferiorꝫ. Diffinitio eīm diffinit̄ sic ab aristotele. Diffinitio est orō q̄d est esse rei significans ꝓpriū autem nō indicat quid esse rei.

S Ciendum est p̄mo ꝙ postq̄ determinatū est de tertio p̄dicabili. ꝯsequēter determinandū est de q̄rto. s. de proprio. Vn̄ ꝓpriū dr̄ q̄druplr̄. Pri̊o qd̄ īest soli supple spēi ⁊ nō oīm supple indiuiduo illiꝰ spēi. vt esse grāmaticū ꝯuenit soli hōi ⁊ nō oīm. ⁊ hoc accipiēdo grāmaticū ꝓ illo q̄bꝫ grāmaticā acq̄sitā per laborē ⁊ exercitiū. Scd̄o mō dr̄ ꝓpriuz qd̄ inest oīm supple indiuiduo sz nō soli spēi vt eē bipedē ꝯuenit oīm hoī supple ꝑfecto sed nō cōuenit soli hoī q2 ꝯuenit auibꝰ. Tertio mō dicit̄ ꝓprium qd̄ inest oīm soli sed nō semꝑ vt canescere qd̄ inest oīm soli sed nō semꝑ vt canescere ꝯuenit oīm hoī supple viuēti ſm cōem cursuz nature ⁊ soli. Et licet multa alia aīalia dicant̄

grisescere nō tamē canescere. Quarto mō dicit̄ ꝓpriū qḋ inest homī soli et sēp: vt risibile conuenit omni homini ꝛ soli et semp: q: siue sortes sit siue non sit semper est risibilis. et de isto est hic ad propositum: ꝛ nō de alijs.

Sciendū est scḋo ꝙ iste termin⁹ proprium potest esse termin⁹ prime intētionis et secunde intētionis. qn̄ est termin⁹ prime intentionis: ꝛ sic tantū significat q̄ntum hoc cōplexum res que non potest comunicari ꝛ sic opponūtur cōi. sed qn̄ est termin⁹ scḋe intētionis significat respectū rationis qui attribuitur: quo ad denominationē alicui cognito seu significato adequato teri ꝓprie passionis vt risibile sensibile et sic est hic ad propositum.

Propriū scḋe intētionalit̄ captū q̈t mōis diffinitur.

Sciendū est tertio ꝙ ꝓpriū scḋe intētionalr̄ captum pōt duplr̄ diffiniri. vno mō vt propriū. ꝛ sic diffinitur in textu est qḋ accidit oī soli ꝛ semp ꝛ ꝯuersim. i. conuertibilr̄ predicatur de re. i. de subiecto vt risibile ꝯuertibilr̄ predicatur de homine. alio mō vt est quartū predicabile ab alijs distinctū. et sic diffinit̄ est qḋ predicatur ď plurib⁹ accidētalr̄ intrāsmutabiliter in eo qḋ quale. vnde ꝑ hoc ꝙ dicit̄ intransmutabiliter differt ab accidēte. per hoc ꝙ dicitur in q̈le differt a specie ꝛ genere. ¶ Et aduerte ꝙ predicari accidentaliter pōt capi duplr̄. vno mō vt distinguitur contra predicari essentialiter et sic ibi capit̄. alio mō vt distinguit̄ ꝯ̄ predicari necessario: et sic ibi proprie nō accipit̄.

Predicari accidētaliter q̈t mōis capitur.

Arguitur primo. oē vl̄e debet immediate predicari de pluribus: sed propriū immediate nō predicat̄ de plurib⁹: vt patet de risibili quod p̄dicat̄ de pluribus mediante specie igitur. ¶ Secundo sic oē vniuersale debz habere aliquē ꝓpriū modū predicandi sed proprium nō habz q: hoc esset p̄dicari de plurib⁹ differentibus nūero vel specie. Tertio sic. ridere est ꝓpriū hoīs ꝛ tn̄ nō facit illud q̈rtū p̄dicabile igr̄.

Ad primum dicitur ꝙ non oportet omne vl̄e predicari de plurib⁹ īmediate licz bn̄ oporteat ipsum predicari de plurib⁹. ¶ Ad secundū dicitur ꝙ predicari de pluribus in quale accidentaliter et intransmutabiliter est ꝓprius modus predicādi proprij. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ licet risibile sit propriū hominis non tn̄ ridere est sed est eius accidens.

Accidēs est qḋ adest vl̄ abest p̄ter subiecti corruptionē: vt albū nigrum hec enī p̄nt adesse ꝛ abesse preter subiecti corruptionē. aliī diffinit̄ sic. accidēs est qḋ nec ē gen⁹ nec spēs nec dr̄a: nec ꝓpriū inest aūt rei. Uel sic accidēs est qḋ ꝯtingit eidē inesse ꝛ non inesse: vt albū nigꝝ sedere ꝛ hmōi. Et de his duab⁹ diffinitiōib⁹ vltimis dicit arist⁹. ꝙ scḋa melior est q̄ p̄ma: q: ad cognoscendū primā: oz scire q̇d sit genus: quid species: q̇d dr̄a: q̇d ꝓpriū scḋa aūt ꝑ se finita est ad cognoscendū q̇d per eā dicit̄: accidentiū aliud sepabile: aliud inseparabile. Sepabile est illḋ ꝙ pōt separi a subō vt albū nigꝝ sedere ꝛ hmōi. Insepabile est ꝙ nō pōt separi a subō vt nigredo i coruo ꝛ albedo in cigno. Nō tn̄ ē ꝯtra diffinitionē q̈dā ꝙ accn̄s est qḋ adest et abest preter subiecti corruptionē: q: vt vult porphiri⁹. coru⁹ pōt intelligi alb⁹ et ethiops nitēs candore preter subiecti corruptionē. accidentiū: aliḋ cōmune: aliud ꝓpriū: cōmune vt albū nigrum. proprium: vt albedo sortis canitas platonis.

¶ Postq̄ determinatū est de q̈rto p̄dicabili. nūc determinandū est de quito ꝛ vltimo. s. de accidente vn̄ accidēs duplr̄ accipit̄. s. prime intētionalr̄ et scḋe intētionalr̄. prime intētionalr̄ capit̄ duplr̄ vno mō ꝓ denoīatō: ꝛ sic est forma que pōt adeē et abesse. i. inherere: ꝛ nō inherere subō: vt albedo nigredo. alio mō formalr̄: et sic est respect⁹ forme inherentis ad subiectū cui inheret. et tūc dicit̄ denoīatiue de nouē predicamētis. vt albedo est accidēs. Alio mō accipit̄ scḋe intētionaliter. ꝛ sic est respect⁹ ratiōis qui attribuit̄ alicui cognito qḋ pōt adesse ꝛ abesse subō. et debet ibi capi adesse ꝛ abesse scḋe intētionalr̄ q̄admodū visum est in materia ꝯtingenti.

Sciendū est secundo ꝙ accidentis scḋe intētionalr̄ capti. tres sunt diffinitiōes. prima est ꝙ pōt adesse et abesse subō p̄ter subiecti corruptionē quē pōt exponi duplr̄. vno mō realiter. ꝛ sic est sensus accn̄s est forma que pōt adesse ꝛ abesse. i. inherere ꝛ nō īherere subiecto p̄ter subiecti corruptionē. i. preter hoc ꝙ ꝓpositio exprimens fiat impossibilis. Alio mō exponitur logicalr̄ et tunc est sensus. accn̄s est vnū vniuersale qḋ pōt affirmatiue ꝛ negatiue enunciari ď subiecto p̄ter hoc ꝙ fiat impossibilis. Secūda diffinitio. accn̄s est vl̄e quod supple respectu sui subiecti nō est gen⁹ neqꝫ spēs neqꝫ ꝓpriū. Tertia diffinitio accidēs est qḋ cōtingit eidē inesse ꝛ nō inesse ꝛ est eadē in sententia cū prima. ꝛ pōt exponi sicut p̄ma. vnde in omnib⁹ istis pōt diffiniri accidens in ratione predicabilis sic diffinitur. accidēs est vl̄e ꝙ pōt predicari de pluribus accidētaliter ꝛ trāsmutabilr̄ ī eo qḋ quale.

Quot sūt diffinitiōnes accidētis secundū intētionaliter capti

Sciendū est tertio ꝙ ipsius accidētis due sunt diuisiones. prima. accidentiū aliud separabile. aliud insepabile. Sepabile est quod potest ꝑ naturā facilr̄ separari a subō. vt albedo: nigredo. Insepabile est qḋ per naturā ꝛ faciliter nō pōt separi a subiecto. vt nigredo cor

Accn̄tis diuisiōes

ni cimitas nasi. Secūda diuisio accidētiū. aliud cōmune aliud ꝓpriū. i. singulare. cōmune est q̄ potest predicari de plurib⁹. vt albū nigrū ꝓpriū est quod nō potest p̄dicari de plurib⁹. vt hoc album hoc nigrū. Ex quo sequit̄ q̄ ibi capit̄ commune vt distinguit̄ contra singulare.

Arguitur primo cōbustio est accidēs domus et tū non potest adesse et abesse subiecto prete r subiecti corruptionē: agitur. Secūdo sic accidēs est spēs vlis. g̃ male dicit̄ q̄ accñs est q̄ nō est genus neq̧ species. ¶ Tertio sic in tertia diffinitiōe accidētis ponunt̄ opposita scʒ inesse et nō inesse: igit̄ nō est bona.

Ad primuʒ dicitur q̄ cōbustio non potest adesse et abesse capiendo ly adesse et abesse prime intētionalr̄ sed bñ capiēdo secūde intentionalr̄. ¶ Ad scðʒ dicit̄ q̄ accidēs secunde intentionalr̄ captuʒ est bene spēs vlis tamē bñ respectu sui denominati nō est genus neq̧ species. ¶ Ad tertiū dicit̄ q̄ in aliqua diffinitione sine aliq̄o incōuenieti tribus modis pñt poni opposita. primo disiunctim vt ꝓpositio est oratio veruʒ vel falsum ꝛc. secundo mō copulatim vt contradictio est affirmatio et negatio eiusdē de eodem. tertio mō mediante aliqua dictione sub qua nō repugnat ipsis cōuenire alicui sicut sunt iste dictiones potest ꝛ contingit.

Cōmune est autē omnibus quinq̧ predicabilibus de plurib⁹ predicari Differunt aūt gen⁹ et spēs quoniam gen⁹ d̄ plurib⁹ predicatur q̄ species et q̄ alia predicabilia et per hoc differt ab alijs. Differētia autē differt a genere qm̄ genus predicatur i quid. Differentia vero in quale. Itē dr̄a differt a specie eo q̄ predicatur de pluribus spēbus: spēs vero nō. similiter dr̄a differt ab accidēte: q̄ accidentia suscipiūt magis et minus intentionē et remissionem. Differentia vero nō suscipit mag⁹ neq̧ minus differt aūt spēs a genere: q̄ genus cōtinet spēs et nō ꝯtinetur ab eis. Spēs autē differt a dr̄a: q̄ de pluribus differētijs bene cōstituitur vna spēs vt iste differētie rōnale mortale ꝯiūguntur ad constitutionē hui⁹ spēi hō spēs vero nō coniungitur spēi. vt gignat aliam spēm. quedā eñ pticularis equa cuidaʒ particulari asino permiscetur ad muli generationē: sed nō equa ꝛ asin⁹ in cōi spēs aūt differt a ꝓprio: q̄ species natura prior est proprio. ꝓpriū vero posterius est specie. Preterea quoꝛ termini et diffinitiōes sunt differentes ipa sunt dr̄a ergo spēs et ꝓpriū sunt dr̄a. Spēs aūt differt ab accidēte. q̄ spēs p̄dicat̄ in q̄d: accñs vero in q̄le vel quō se hʒ spēs etiā natura prior est accidēte. oē eñ accñs natura postert⁹ est suo subo. Propriuʒ aūt differt ab accidente: q̄ ꝓpriū de vna sola spē p̄dicat̄ cui⁹ est propriū accñs vero de plurib⁹ spēbus. et accidens primo inest indiuiduis ꝛ per posteri⁹ g̃n̄ibus et spēbus: nō eñ dicitur hō aut aīal currit: nisi q̄ sortes vel plato currat. ꝓpriū aūt primo cōuenit spēi. et per spēm conuenit indiuiduis. Itē genus dr̄a spēs ꝓprium equaliter participant̄ ab omnib⁹ de quib⁹ p̄dicantur. accidēs vero nō suscipit intētionē et remissionē. Itē genus dr̄a ꝓprium vniuoce predicatur accñs aūt nō predicatur vniuoce: sed denoīatiue. predicari autē vniuoce ē predicari ſm vnū nomē ꝛ rōnem vnā ſm illud nomē sumptā: vt hō ſm vnū nomē predicatur de sorte et platone vt sortes est hō: plato est hō: et ratio eius ſm illud nomē est vna: vt animal rationale mortale. Et ob hoc ens nō potest esse gen⁹ q̄ licet ſm vnū nomē predicetur de pluribus nō tamē ſm vnā rationē. Ratio eñ entis ſm q̄ d̄r de substātia est ens per se: ſm aūt q̄ dicitur de alijs nouē predicamentis est ens in alio. ꝛ sic predicatur ſm diuersas rōnes: ꝛ iō nō p̄dicat̄ vniuoce sʒ pot⁹ equoce aut multiplr̄. Predicari aūt equoce ē p̄dicari vno noīe ꝛ rōinb⁹ diuersis ſʒ illð nomē sūpt̄: vt canis vno noīe p̄dicat̄ d̄ cane latrabili sidere celesti ꝛ pisce mari io: nō aūt ſʒ illð nomē rō ē eadē omīb⁹ sʒ alia ꝛ alia. Denoīatia dr̄ q̄cūq̧ ab aliquo solo casu sūt dr̄a et ſm illð nomē hūt appellatōeʒ. vt a g̃matica g̃matic⁹ a fortitudīe fort̄. vn̄ g̃matic⁹ ꝛ fort̄ p̄dicātur denominatiue ꝛ g̃ accñs de-

noīatiue dicitur predicari.

¶ Sciendū est primo q postq̄ determinatū est de vniuersalib⁹ fm se. ꝯñter determinanduz est de ipsis cōparatiue ponēdo aliq̄s ꝯueniētias ꝛ differētias eoꝝ. Ūn cōueniunt oīa p̄dicabilia in hoc q est de pluribus .i. de multis p̄dicari. Sed dr̄it primo qꝛ genus p̄dicat̄ de pluribus q̄ alia. Deinde ponit differētias ipsius differētie ab aliys q̄ satis patent in textu. Et qñ dr̄ q accñs suscipit magis et minus ꝛ dr̄ia ꝯ nonꝺz intelligi q dr̄a nō suscipiat magis ꝛ minus. respectu illius cuius est dr̄a: ꝫ bene possit suscipe magis ꝛ minus respectu alicuius alteri⁹: vt dr̄a accñtis suscipit magis ꝛ minus respectu subiecti: sicut est accñs cuius est differētia cū sint idē. Deinde ponit dr̄as sp̄ēi ab aliys q̄ satis patent in textu. Et qñ dr̄ q genus ꝯtinet sp̄ēm ꝛ nō ecōtra dꝫ intelligi eadē cōtinētia: qꝛ genus ꝯtinet sp̄ēm in potentia ꝛ sp̄ēs ꝯtinet genus in actu.

Sciendum est scđo q consequenter ponit differētias ꝓprij ab aliys dicens q ꝓprium differt ab accidēte: quia accidens p̄dicat̄ de plurib⁹ differentib⁹ sp̄ē. vt albū de hoīe ꝛ boue. ꝓpriū vero de vna sola sp̄ē. vt risibile de solo hoīe: dꝫ intelligi de ꝓprio sp̄ēi. qꝛ ꝓpriū generis bene p̄dicat̄ de plurib⁹ differētibus specie. vñ sicut species habent suas ꝓprias passiones ita ꝛ genera. ¶ Deinde ponit drīam accidētis ab aliys dicens q accidēs bene pōt p̄dicari de suis subiicibilib⁹ respectu quorū est accidēs fm magis ꝛ minus: alia vero non: vt animal nō predicat̄ de hoīe boue et leone fm magis ꝛ min⁹.

Sciendum est tertio q predicari vniuoce est p̄dicari p̄ se vno noīe ꝛ vna rōne id est vno ꝯceptu obiectiuali sumpto fm illud nomen: ita q illud dicat̄ predicari vniuoce de aliq̄bus qđ īportat aliqđ per se cōicabile illis. vt homo p̄dicatur vniuoce de sorte ꝛ platone. qꝛ importat aliq̄d ipis p̄ se cōicabile puta humanitatem. Ex quo sequitur q ens dicitur vniuoce de decez p̄dicamētis. licet nō habeat rōnem id est diffinitionem: ꝫ tñ cōceptum cōem ipis q̄ non est aliud q̄ ipsa entitas cognita vel cognoscibilis. Sed p̄dicari equiuoce est p̄dicari vno noīe et rōnibus .i. cōceptib⁹ diuersis ita q illud dicitur p̄dicari equiuoce qñ nō importat aliq̄d cōicabile fm illud nomen illis de quib⁹ p̄dicat̄. vt canis nō īportat aliq̄d cōicabile fm illud nomē cani latrabili: syderi celesti: ꝛ pisci marino. Sed predicari denoīatiue est p̄dicari vno noīe ꝛ vna rōne accidētali cuiusmodi sunt oīa accidētia respectu suoꝝ subiectorum ꝛ omnes termini scđe intentōis respectu terioꝝ prime intentionis.

Arguitur primo sic. predicabilia sunt scđe intentiones. sed scđe intentiones non predicantur de plurib⁹ cum soli termini de pluribus p̄dicentur: igitur. ¶ Scđo sic. sensibile ē ꝓprium ꝛ tñ p̄dicatur de pluribus differentib⁹ speciebus: igitur. ¶ Tertio sic. asinus ꝛ equa sunt due distincte sp̄ēs ex quib⁹ gñat̄ tertia .s. mulus: ergo ex duabus sp̄ēbus pōt fieri vna tertia.

Quid sit antepredicamentum.

Ad primum dicitur q̄ visum est alias quid sit dicendum. ¶ Ad scđm dicitur q proprium sp̄ēi de vna sola sp̄ē predicatur tñ ꝓpriū gñis cuiusmodi ē sensibile d̄ plurib⁹ sp̄ēb⁹ predicatur. ¶ Ad tertiuz dicitur q ex duabus speciebus extrinsece ꝛ effectiue potest constitui tertia. nō tñ intrinsece ꝛ formaliter.

¶ Tractatus terti⁹ de p̄dicamentis.

a

D cognoscendum predicamenta quedā sunt necessario premittenda sine quorum cognitōe nequaq̄ potest haberi cognitio predicamentoꝝ. Eoꝝ ergo que dicūtur: quedam sunt vniuoca: quedā equiuoca: ꝛ quedam denominatiua. Equiuoca dicunt̄ quorum solū nomē est cōe ꝛ rō sube fm illud nomen: est diuersa: vt aīal significat aīal viuū ꝛ aīal pictū: ꝛ nomē ei⁹ solū est cōe ꝛ fm illd̄ nomē rō substātie est diuersa. dicimus eñ de leone picto in pariete ecce terribile aīal et de leone viuo idē dicimus equiuoce. Et de statuis regum dicim⁹ isti sunt tales reges: et de his qui adhuc regnant idem dicimus sumendo nomē regis equiuoce.

Quot sūt antepredicamenta.

Equiuocorū diffinitio.

f

Ciendum est p̄io q postq̄ in scđo tractatu determinatum est de vl̄ibus: ꝯsequēter in hoc tertio tractatu determinandū est de predicamētis. ꝛ anteq̄ determiet̄ de p̄dicamētis p̄io determinandū est de antep̄dicamētis que valēt ad noticiā p̄dicamētoꝝ habendā. Ūn antep̄dicamētū est qđdam documētum valēs īmediate ꝛ a priori ad noticiā p̄dicamentoꝝ habendā. Et dr̄ notāter īmediate ꝓpt̄ vl̄ia q̄ mediate valēt ad cognitōem p̄dicamētorum habendam. Dr̄ etiā notāter a priori ꝓpter postp̄dicamēta q̄ valēt ad cognitōem p̄dicamētorum a posteriori. ¶ Et aduerte q̄ in generali tria sunt antepredicamēta scꝫ diffinitio q̄ valet ad cognitionem siue ad cognoscendum modum predicandi ipsoꝝ predicamentoꝝ de suis inferiorib⁹ vel de prima substātia. ¶ Scđm est diuisio q̄ valet ad cognoscendū cōditōem eorū q̄ reponūtur in p̄dicamēto: qꝛ oīa talia debent esse icōplexa. ¶ Tertiū est regula que valet ad cognoscendū ordinē eoꝝ q̄ reponūtur in p̄dicamentis. sed in speciali sunt septez .s. tres diffinitiones: due diuisiones: ꝛ due regule.

Sciendū est secūdo q primū antepredicamentū in speciali est diffinitio equiuocoꝝ de qua solum p̄ accidēs ibi determinatur: cū solū p̄ accidēs valeat ad cognitōez p̄dicamētoꝝ.

Unde equiuoca sic diffiniuntur. equiuoca dicuntur id est sunt conceptibilia quorum nomen .i. vox est cõe. et secundum illud nomen ratio .i. conceptus obiectiualis vel formalis est diuersa. ita quod illa sunt equiuoca que non conueniunt in aliquo conceptu obiectiuali importato per illud nomen .i. per illam vocem per quam significantur: vt canis latrabilis: piscis marinus: sydus celeste: dicuntur equiuoca respectu istius vocis canis: quia non conueniunt in aliquo conceptu importato per illam vocem canis: licet possint conuenire in conceptu importato per aliud nomen vt puta per substantiam vel corpus. Ex istis patet quod ibi accipitur nomen large pro voce et non vt est pars orationis ab alijs distincta. etiam ibi non accipitur ratio pro diffinitione: sed pro conceptu.

Sciendum est tertio quod equiuoca sunt duplicia .s. equiuoca equocata et equiuoca equiuocantia. Unde equiuoca equocata possunt capi dupliciter .s. prime intentionaliter. et sic sunt res significate per idem nomen diuersis conceptibus. .i. que non conueniunt in aliquo conceptu importato per nomen per quod significantur: vt canis latrabilis: piscis marinus: et sydus celeste respectu huius vocis canis. Alio modo secunde intentionaliter: et sic sunt respectus rationis ipsarum rerum cognitarum ad vocem per quam significantur. Etiam equiuoca equiuocantia possunt capi dupliciter .s. prime intentionaliter. et sic sunt termini significantes plura diuersis conceptibus id est qui non significant aliquem conceptum communicabilem illis que significant vt canis. alio modo capiuntur secunde intentionaliter: et sic sunt respectus rationis ipsorum terminorum ad res significatas per ipsas. ¶ Aduerte vltra quod duplex est equiuocum equiuocans: scilicet a casu et a consilio. a casu est terminus plura eque primo significans diuersis conceptibus vt canis. sed a consilio est terminus plura significans diuersis conceptibus vnum per prius et reliquum per posterius: vt homo significat hominem viuum et hominem pictum. hominem viuum per prius et hominem pictum per posterius. Et similiter posset dici de quolibet termino vocali significante substantiam.

Arguitur primo sic. predicamenta sunt entia realia: ergo de ipsis non est hic determinandum. ¶ Secundo sic. equiuoca non diffiniuntur: ergo male ponitur diffinitio eorum. ¶ Tertio sic. si iste terminus homo esset equiuocum a consilio. sequeretur quod ista esset distinguenda homo currit. cum omnis propositio in qua ponitur terminus equiuocus sit distinguenda.

Ad primum dicitur quod predicamenta possunt capi dupliciter. vno modo prime intentionaliter et sic sunt res cognite seu conceptus communicabiles sicut substantia quantitas et de ipsis per se non determinatur: alio modo secunde intentionaliter vt sunt respectus rationis qui attribuuntur talibus rebus cognitionis et sic de ipsis hic determinatur. Ad secundum dicitur quod equiuoca equiuocantia prime intentionaliter capta non diffiniuntur tamen bene equiuoca equocata secunde intentionaliter capta. ¶ Ad tertium dicitur quod quando in aliqua propositione ponitur terminus equiuocus a consilio respectu predicati conuenientis significato principaliori: tunc illa non est distinguenda per illam regulam. omne analogum per se positum stat pro suo famosiori significato: sed quando ponitur respectu predicati conuenientis significato minus principali. tunc illa est distinguenda et hoc propter vsum logicorum.

Uniuoca dicuntur quorum nomen est commune et ratio substantie secundum illud nomen est eadem vt hoc nomen animal est commune homini boui et leoni. et similiter ratio substantie secundum illud nomen est eadem. vt homo est animal: bos est animal: et homo est substantia animata sensibilis bos est substantia animata sensibilis. et sic nomen est commune eis. et ratio secundum illud nomen est eadem nihil enim aliud est homo secundum quod est animal quam substantia animata sensibilis et similiter bos.

Denominatiua dicuntur quecunque ab aliquo solo casu sunt differentia secundum illud nomen habent appellationem. vt a grammatica grammaticus et a fortitudine fortis. differunt solo casu .i. sola cadentia que est a parte rei. et secundum illud nomen habent appellationem. Nomen enim denominatiuum debet communicare cum nomine vniuoco in principio et differre in fine: vt a grammatica grammaticus ab albedine albus. Eorum que dicuntur quedam dicuntur cum complexione: vt homo currit quedam sine complexione. vt homo vel currit.

¶ Primo sciendum est quod vniuoca sic diffiniuntur. vniuoca dicuntur: id est sunt conceptibilia — Uniuocorum diffinitio.
quorum nomen .i. vox est commune. et ratio id est conceptus secundum illud nomen est eadem. vt homo bos respectu animalis sunt vniuoca: quia conueniunt in aliquo conceptu totis communicabili, importato per illud nomen per quod secundario et adequate significantur et sunt duplicia scilicet vniuoca vniuocata et vniuoca vniuocantia. Unde vniuoca vniuocata possunt capi dupliciter. scilicet pro denominato et pro per se significato. pro denominato sunt res secundario significate per nomen commune vno conceptu. Sed pro per se significato sunt respectus rationis illarum rerum. Sed vniuoca vniuocantia sunt termini ad placitum secundario significantes secundum vnum conceptum. vt homo respectu petri guillermi .i. quod ille terminus est vniuocus vniuocans quia significat aliquid pluribus communicabile.

Sciendum eſt ſcđo ꝙ denominatiua ſic diffiniuntur. Denoīatiua dicūtur quecūqꝫ id eſt q̄ ab aliquo .i. a ſuis denominātibꝰ ſolo caſu id eſt ſolis finalibꝰ terminationibus differunt et habēt appellationē .i. denoīationez ſm illud nomē .i. ſm nomīs abſtractoꝝ vt grāmaticus a grāmatica albū ab albedine. Ex quo patz q̄cūqꝫ ſibi capit ꝑticulariter, et numerus ſingularis ꝓ numero plurali reſpectu huiꝰ ab aliquo ſolo
Duplicia ſūt denoīatiua. caſu. Et ſunt triplicia denoīatiua. ſcꝫ voce tantum ſignificatione tm̄. voce ⁊ ſignificatione ſil. voce tm̄: ſunt q̄ ꝯueniūt in principio dictionis cū ſuis abſtractis. ⁊ differūt in fine. ſed nō īportant eandem formaz. vt ſtudioſus a ſtudio. Sꝫ denoīatiua ſignificatione tm̄ ſunt q̄ nō ꝯueniunt in principio dictionis cū ſuis abſtractis: tm̄ bn̄ in re ſignificata vt ſtudioſus a virtute. Sed denoīatiua voce ⁊ ſignificatione ſimul ſunt que ꝯueniunt in principio dictionis cū ſuis abſtractis. ⁊ differūt in fine ⁊ important eandē formā accidentalē denoīatoꝝ. ⁊ talia diffiniūtur in textu. vn̄ in qualibet denoīatione ꝓprie dicta tria reperiūtur. ſcꝫ denominās qđ nō eſt aliđ ꝙ abſtractū denoīatiuū qđ ē ipm̄ ꝯcretū. ⁊ denoīatū qđ eſt ſubiectū. vt petrus eſt albꝰ. albedo eſt denoīans. albꝰ denoīatiuū. vt petrꝰ eſt denoīatuz

Prima diuiſio anteꝑdicamētalis. Sciendū eſt tertio ꝙ prima diuiſio anteꝑdicamētalis eſt iſta. Eoꝝ que dicūtur id eſt que ꝑ vocē exprimunt vl̄ ſignificant. quedam dicunt cū cōplexione. vt hō currit. q̄dam ſine cōplexione vt hō. vn̄ illa dicūtur cū cōplexione que mediāte cōceptu cōplexo exprimuntur. ⁊ illa ſine cōplexione q̄ mediāte conceptu incōplexo exprimūtur. ⁊ eſt duplex ꝯplexio: ſcꝫ diſtās ⁊ indiſtans de q̄bus alias viſū eſt. ¶ Et aduerte ꝙ iſta regula valet ad cognoſcendum ea q̄ ſunt in ꝑdicamēto ab illis q̄ nō ſunt in ꝑdicamento. nam ſola incōplexa finita ⁊ limitata ponūtur in ꝑdicamēto. vn̄ per hoc qđ dr̄ entia remouent nō entia vt chimera. ꝑ hoc qđ dr̄ incōplexa remouent cōplexa q̄ nō ſunt in ꝑdica-
Qualit corpꝰ aīa tū ſit in ꝑdicamēto. mēto. ¶ Et ſi q̄s dicat corpus aīatuz eſt q̄d cōplexum ⁊ tn̄ eſt in ꝑdicamēto: igit. Rn̄detur ꝙ corpus aīatum pōt capi dupl̄r. vno mō vt repſentat aliqđ cōplexū. ⁊ ſic nō eſt in ꝑdicamēto alio mō vt circūloquit nobis aliqđ incōplexum et ſic bene eſt in ꝑdicamento. Et per hoc quod dicitur limitatum remouentur tranſcendentia per hoc quod dr̄ finita remouetur deus: qꝛ deꝰ nō eſt in predicamento.

Arguitur ſic primo hos et hō vniuocant in aīali ⁊ tn̄ rō aīalis nō eſt eadē: qꝛ rō animalis ſm vnūqđqꝫ aīal eſt altera ⁊ altera. ¶ Scđo ſic. albū ⁊ nigrū ſunt denoīatiua: ⁊ tn̄ a nullo denominā te ſolo caſu differunt: igitur. ¶ Tertio ſic. ſi prima diuiſio eſſet bona ſeq̄retur ꝙ res reponerentur in predicamento: quia illa q̄ dicūtur ſine ꝯplexione ſūt res: ⁊ ſola talia reponūtur in predicamento.

Ad prim̄ dr̄ ꝙ rō e m aīalis ſm vnūqđqꝫ aīal eē alterā ⁊ alterā pōt intelligi dupl̄r vno mō ſm ꝙ ꝑ nomē aīalis importat. ⁊ ſic negatur. aut ſm ꝙ ꝑ noīa ſpālia aīalium importatur ⁊ ſic ꝓcedit. ¶ Ad ſcđm dr̄ ꝙ in illa diffinitione numerus ſingularis debet accipi ꝓ nūero plurali. ¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ res poni in ꝑdica- Res poni in predicamento quot mōis intelligit.
mento pōt intelligi dupl̄r. vno mō ſic: ꝙ ſubijciant ⁊ ꝑdicent ſic ꝙ ex ipſis fiant ꝓpōnes. ⁊ ſic nō reponūtur in ꝑdicamēto. alio mō ꝙ ꝯcipiantur in rōne ſuperioris ⁊ inferioris ⁊ ſic bn̄ ponātur in predicamento.

Textus.

Qualia vero dicūtur q̄ sm̄ hec denoīatiue dicūtur vel q̄olibet aliter ab his vt a grāmatica gramatic⁹ a iusticia iust⁹. Ubi quecūqȝ dicuntur ab aliqua qualitate nō denoīatiue eo ꝙ nomē nō ē ipositū ipi q̄litati. vt cursor ꝛ pugillator. ¶ Et nota ꝙ cursor ꝛ pugillator dicūtur dupl'r. Uno modo dicunt' cursor ꝛ pugillator ab arte currēdi ꝛ pugillādi. ꝛ sic sunt in prima spē q̄litatis: q2 iste artes sunt habit⁹. Alio mō dr̄ cursor nō ꝙ hēat artē currēdi. sȝ quia hȝ naturaleȝ potentiā ad actū currēdi: et pugillator nō ꝙ habeat artē pugillādi: sȝ q2 hȝ naturalē potentiā ad actū pugnandi. Et isto mō dicūtur qualia ab ist' naturalib⁹ potētijs sed nō denoīatiue eo ꝙ noīa nō sūt imposita in istis naturalib⁹ potētijs a quib⁹ dicūtur qualia. Et sic cursor ꝛ pugillator sūt in scd̄a spē qualitatis. Alia aūt dicūtur qualia nō denoīatiue q2 nomen est impositū qualitati sm̄ quā dr̄ q̄le sed eam nō ꝑticipiāt sm̄ illud nomē: vt studiosus a virtute ꝛ sic sunt tres modi sumēdi quale a qualitate. Est aūt ꝯrietas in q̄litate: vt albedo ꝯtrariatur nigredini: iusticia iniusticie h' aūt nō est ꝓprium qualitati: q2 nō cōuenit omni qualitati: figura eīn non hȝ aliquod cōtrariū neqȝ aliquis medius color vt rubedo ꝛ liuedo. Et sciēdum ꝙ si vnum contrariorum fuerit

quale reliquũ erit quale vt iusticia ẽ qualitas. ergo iniusticia iustum est q̃le. ergo iniustum. Item qualitas suscipit magis ꝛ minus. Dr̃ enĩ iust⁹ magis ꝛ minus iustus. ꝛ alb⁹ ꝛ grãmaticus: sed hoc nõ est ꝓprium qualitati: q꞉ quadratũ nõ suscipit magis neq̃ min⁹ neq̃ circulus neq̃ quadrãgulatio neq̃ circulatio. Itez ꝓpriuz est qualitati ſm eã simile vel dissimile dici: vt albus albo simil' dicitur: et iustus iusto: alb⁹ nigro dissimilis dr̃.

Intellectus diffinitionis qualium

¶ Primo sciendum est q̃ diffinitio qualiũz sic est intelligenda. qualia dicũtur .i. sunt q̃ ſz hec id est ſm qualitatẽ vel abstracta denoĩatiue dicuntur vt albũ ab albedine: nigrum a nigredine. Et aduerte q̃ duob⁹ modis ꝯtingit q̃lia nõ dici denoĩatiue a qualitatib⁹ denoĩatione supple proprie dicta q̃ est ſm vocẽ ꝛ significationẽ simul: primo q̃n illi qualitati nõ est nomẽ impositum vt cursorꝫ pugillator q̃ sunt in scd̃a specie qualitatis. Scd̃o modo quãdo concretum ꝛ abstractum nõ conueniũt in principio vocis vt studiosus a virtute.

Sciendum ẽ secũdo q̃ prima proprietas q̃litatis est ista q̃litati est aliq̃d ꝯtrariũ vt iusticie ꝯtrariaẗ iniusticia. ꝛ caliditati frigiditas. ſz nõ est ꝓpria q̃rto mõ: q꞉ nõ ꝯuenit oĩbus qualitatib⁹ vt qualitatib⁹ quarte spẽi: q̃a triangulo nihil est ꝯtrariũ neq̃ q̃litatibus scd̃e spẽi. nec prime nisi capiaẗ ꝯtrarietas large. Ex quo seq̃tur q̃ sole qualitates tertie spẽi ꝯtrariantur capiẽdo ꝯtrarietatẽ ꝓprie q̃ est solum inter quattuoꝛ q̃litates p̃mas. Ex quo seq̃tur vlterius q̃ si vnũ ꝯtrarioꝝ fuerit quale reliquuz erit quale .i. si vnum fuerit in predicamento q̃litatis etiam reliquum.

Sciendũ ẽ tertio q̃ secũda propetas q̃litatis est ista q̃litas suscipit magis ꝛ minus vt aliq̃d dr̃ magis vel min⁹ albuz. ꝛ põt exponi dupl'r. scz p̃me intẽtionaliter ꝛ scd̃e vt aliãs visum est. Sed tertia ꝓprietas q̃litatis est. ꝓprium est qualitati ſm eam simile vel dissimile dici vt ſm albedinẽ aliq̃d dr̃ simile: ꝛ debz capi ly scd̃m vt dicit circũstantiã vel habitudinez fundamẽti. ita q̃ est sensus q̃ q̃cquid dr̃ simile vel dissimile dr̃ tale ſm q̃litatẽ supple fundamẽtaliter ꝛ debẽt accipi simile ꝛ dissimile: vt dicũt aptitudinẽ ꝛ nõ actũ. vñ similitudo est rerũ differentiũ eadem q̃litas supple in specie sed dissimilitudo est rerum differentium diuersa qualitas supple in specie specialissima.

Primo arguitur quale est propriũ quesitiuum hui⁹ p̃dicamẽti: ergo nõ est p̃dicamentũ. ¶ Scd̃o sic: ſm humanitatẽ dicimur similes ꝛ tamẽ nõ ẽ qualitas: igiẗ. Tertio sic: ſm similitudinẽ dicimur similes: ẽ nõ ſm q̃litates

Ad primuz dr̃ q̃ quale capitur dupliciter: vno modo sincathegorematice ꝛ sic est hũ quesitiuũ: alio modo cathegorematice ꝛ sic est p̃dicamentũ. ¶ Ad scd̃m dr̃ q̃ licet ſm hũanitatẽ dicamur similes capiẽdo similitudinem large nõ tñ ꝓprie. ¶ Ad tertium dr̃: q̃ licz ſm si̇litudinẽ formaliter dicamur siı̃es. tñ ſm q̃litatem fundamentaliter dicimur similes.

Actio est ſm quã in id quod subijcitur agere dicimur: vt secans aliq̃s dr̃ agere in eo quod secat: vñ sectio est actio ꝛ ſm sectionẽ agit secãs in eo quod secat: ꝛ ꝑcussio ẽ actio. Proprium actionis est ex se ĩferre passionẽ. Recipiũt aũt agere ꝛ pati ꝯtrarietatez. Calefacere enĩ est cõtrariũ ei quod est frigidũ facere: ꝛ delectari est cõtrarium ei quod est tristari. Recipiunt agere ꝛ pati magis ꝛ minus: calefacere enĩ mag' ꝛ min⁹ dr̃. et calefieri dr̃ magis ꝛ min⁹: ꝛ similiter delectari et tristari. ¶ Passio est effect⁹ illatioq̃ actionis: vt calefieri inferẗ ex calefacere ꝛ efficiẗ. Proprium aũt passionis est primo inferri ex actione. Itẽ passio nõ est in agẽte sed in patiẽte. De reliq̃s vero que prius dicta sunt mõ sufficiãt: que sequunẗ de alijs quattuoꝛ p̃dicamẽtis nõ sunt data a petro hyspano. Quando est quod ex adiacentia t̃pis in re t̃pali derelinq̃tur vt hodie eẽ cras fore. Item duplex est q̃n: scz simplex et cõpositum sicut duplex est tempus. Item tres sunt ꝓprietates quando. Prima est q̃ quãdo nõ suscipit mag' neq̃ min⁹. Secũda est q̃ quando nihil est cõtrarium. Tertia est q̃ q̃n est in omni illo quod ĩcipit esse in tẽpore

¶ Primo sciendũ est q̃ postq̃ determiatuz est de quattuoꝛ primis predicamẽtis. nũc determinandũ est de sex vltimis q̃ nõ sunt nisi respect⁹ extrinsec⁹ aduenientes. vñ diffinitio actionis sic est intelligẽda. actio est respect⁹ ipius agentis ad passum quo agẽs dr̃ formaliter agens. ꝛ dr̃ notanter formaliter: q꞉ effectiue agẽs dr̃ bene agere aliquo alio mõ vt ignis effectiue dr̃ agere calore. sed formaliter dicitur agere actione. sed diffinitio passionis est sic intelligenda. pas

Actionis diffinitio

sio est respectus extrinsecus ipsius patiētis ad agens: vt calefieri vri. Ex quo sequit̄ q̄ termini significantes actus potentiarū anime non sunt in istis predicamentis quia nō importāt respectus. sed qualitates sub mō tamē grāmaticali actionis vel passionis vt videre ꝛc.

Prima ꝓprietas actionis. Sciendū est secūdo q̄ prima proprietas actiōis est q̄ ꝓpriū est actioni ex se .i. ipsa mediante inferre passionē et hoc exponendo prime intētionaliter. sȝ logicaliter exponitur sic q̄ a ꝓpōe in qua ponitur verbū de genere actionis ad ꝓpositionē in qua ponit̄ verbū de genere passiōis est bona ꝯña: vt bene sequit̄ ignis calefacit aquā. ergo aqua calefit ab igne. Secūda Secūda ꝓprietas agere ꝛ pati suscipiunt ꝯtrarietatem vt calefacere ꝯtrariatur huic quod est frigefacere et calefieri huic qd̄ est frigefieri. Tertia. Tertia ꝓprietas. Actio suscipit magis et min⁹. vt calefacere dicit̄ magis ꝛ min⁹ calefacere ꝛ debēt intelligi iste ꝓprietates nō primo: sȝ solū mediante qualitate quā cōnotant. Sed ipsius passionis sunt due ꝓprietates. Prima. propriū est passioni inferri ex actione vt calefieri mediante calefacere Secunda ꝓprietas. passio nō est in agente. sed in patiente.

Quando ꝯ duplex. Tertio sciendū est q̄ diffinitio de quando sic est intelligenda. Quādo ē respect⁹ extrinsecus rei tēporalis ad tempus vel ad aliquid tēporis. Ex quo sequitur q̄ ibi nō diffinit̄ quādo predicamentū: sed qn̄ passiuū. quod est species eius. vnde qn̄ est duplex. s. actiuū et passiuū. quādo actiuū est respectus ipsius temporis ad rem temporalē: sed passiuū est respectus rei tēporalis ad tempus: ꝛ nullū istoꝝ est p̄dicamentū. Sed qn̄ eōe ad ista duo et ipsius qn̄ sūt due proprietates. Prima q̄ nō habet ꝯtrarium vt hodie nihil est ꝯ̄riū. Scd̄a est q̄ qn̄ nō suscipit magis et min⁹. vt hodie nō dicit̄ magis qn̄ q̄ cras et sic de alijs et eius gn̄a supplentur per ista esse fore fuisse. sed species supplentur ꝑ ista in hora in die in anno. et indiuidua ꝑ ista in hac hora in hac die: ꝛ oīa illa sunt in isto predicamēto per que conueniēter respondetur ad interrogationē factā ꝑ qn̄ vt cras hodie.

Arguitur primo ꝯ̄ria non possunt simul verificari de eodē sȝ calefacere ꝛ frigefacere verificant̄ de eodem puta de aqua tepida igit̄. ¶ Secundo sic. passio est species qualitatis: ergo nō est vnū predicamentum. ¶ Tertio sic. nullum sincathegorema est predicamentū sed qn̄ est sincathegorema igitur.

Ad primū dicit̄ q̄ cōtraria q̄tum ad gradus intensos non possunt de eodem verificari. tamen bene q̄tum ad gradus remissos Ad secundū dicitur q̄ passio equiuoce est predicamentū et species qualitatis. Ad tertium dicitur q̄ lȝ qn̄ vt est vnū q̄situiū sit sincathegorema nō tamē vt est vnū predicamentum.

Vbi diffinitio. Vbi est circūscriptio corporis locati a loci circūscriptione procedēs vt in ecclesia esse i foro esse. Et diuiditur vbi. q2 quoddam est vbi simplex: et est illud qd̄ a simplici loco ꝑcedit vt est locus punctoꝝ. Et quoddā est vbi cōpositū. ꝛ est illud quod a loco ꝯposito procedit. Proprietates vbi sunt due. Prima est q̄ vbi nihil est cōtrariū. Secunda est q̄ vbi nō suscipit magis neq3 min⁹. hoc est vbi nō recipit intensionē et remissionē. Positio est quedā ptiū situs et gn̄atōis ordinatio: vt sessio statio ꝛ sic d̄ alijs. Itē tres sunt ꝓprietates positionis. Prima est q̄ pō nō habet cōtrariū. Secūda est q̄ positio nō suscipit mag⁹ neq3 minus. Tertia est. ꝓpriū ē positioni substantie prime assistere. Habit⁹ est corporū et coꝝ que circa corpus sunt adiacētia vt tunicatū esse loricatū eē. Et sūt tres ꝓprietates ei⁹. Prima ē q̄ hit⁹ suscipit magis ꝛ min⁹. vt eques ē armatioꝛ pedite. Scd̄a est q̄ habit⁹ nō habet ꝯtrariū. Tertia ē q̄ habitus semper ē in plurib⁹. s. i habēte ꝛ in habito.

¶ Sciendū est pmo q̄ diffinitio vbi est sic intelligenda vbi supple passiuū ē respect⁹ extrīsec⁹ ipsi⁹ rei locate ad locū. i. ad supficiē corꝑis continentis ipsum. Ex quo sequitur q̄ ibi non diffinitur vbi quod est predicamentum: sed vbi passiuum. Ex quo sequitur q̄ duplex est vbi. s. actiuū ꝛ passiuū. vbi actiuū est respect⁹ ipsi⁹ loci ad rem locatā: sȝ vbi passiuū est respect⁹ rei locate ad locū. ꝛ nullū istoꝝ est p̄dicamentū sȝ vbi eōe ad vtrūq3. ¶ Et aduerte q̄ eius ꝓprietates nō sunt bene posite in textu. nā vbi suscipit magis ꝛ min⁹ ꝛ hȝ ꝯ̄riū cū sit ꝑ se termin⁹ mot⁹. vñ gn̄a subalterna eius sunt sursum deorsum spēs sunt in domo in camera. indiuidua sunt in hac domo in hac camera. ꝛ quesitiuū huius predicamenti est vbi sincathegorematice captum.

Situs ꝓprietas. Sciendū est secundo q̄ diffinitio sit⁹ vel pōnis sic est intelligēda. sit⁹ ē respect⁹ ꝑtiū toti⁹ ad ptes loci. ꝛ ei⁹ sunt due ꝓprietates Prīa sit⁹ nō hȝ ꝯ̄riū: q2 hoc maxime esset sedere et stare. sȝ hoc nō: q2 eadē rōne moueri ꝯ̄riaret̄ ad ly stare qd̄ est impossibile. q2 tm̄ vni vnū est cōtrariū. Scd̄a ꝓprietas sit⁹ nō se suscipit mag⁹ neq3 min⁹: vt aliqs nō dicitur magis vel min⁹ iacere et ei⁹ genera subalterna sunt pō ignata et pō acquisita situari sursum et situari deorsum. et eius spēs sunt stare sedere. ꝛ indiuidua sunt stare sortis et sedere platonis. ꝛ ei⁹ quesitiuum

ſʒ caliditas in igne

eſt quomodo eſt hoc ſituatum.

Sciēduʒ eſt tertio ꝙ diffinitio hītꝰ eſt ſic intelligēda. Hītꝰ ē reſpectꝰ extrinſecꝰ eoꝝ que ſunt circa corpꝰ ad ipm̄ corpꝰ. ita ꝙ tunice applicate corpi ad ipm̄ corpꝰ eſt reſpectꝰ extrinſecus qui vocat̄ habitꝰ p̄dicamentuʒ et eiꝰ ſunt due ꝓprietates. Pria hītus ſuſcipit magꝰ ⁊ minus vt aliquis dicitur magis et minꝰ armatus. Secunda proprietas. ꝙ habitus non habet contrarium capiendo proprie cōtrarietatē. et eius genera ſubalterna ſunt habitus partis ⁊ habitꝰ totius et armatum eſſe: veſtitū eſſe ſunt ſpecies ſpecialiſſime et indiuidua ſunt armatio ſortꝭ armatio platonis. et eius queſitiuum eſt quō eſt hoc habituatū.

Arguitur ſic primo. vbi eſt vnū ſincathegorema queſitiuum predicamenti vbi. ergo non eſt vnum predicamentum. ¶ Secundo ſic. poſitio eſt differentia quantitatis. ergo non eſt predicamentum diſtinctum ab alijs. ¶ Tertio ſic. habitus. eſt ſpecies qualitatis. ergo non eſt vnū predicamentū diſtinctum ab alijs.

Ad primū dicitur ꝙ vbi poteſt capi dupliciter. vno modo ſincathegorematice: et ſic eſt vnum queſitiuum predicamenti vbi. alio modo capitur cathegorematice et ſic eſt vnum predicamentū. ¶ Ad ſecūduʒ dicitur ꝙ poſitio poteſt capi dupliciter. vno modo pro ordine ſeu reſpectu partiū totius ad ipſum totum. et ſic ē differentia accidentalis. alio modo poteſt capi pro reſpectu partium totius ad partes loci. et ſic eſt predicamentum. ¶ Ad tertiuʒ dicitur ꝙ habitus capitur; dupliciter. vno modo pro qualitate de difficili mobili a ſubiecto et ſic eſt ſpecies qualitatis. alio modo pro reſpectu eorum que ſunt circa corpus ad ipſum corpus ⁊ ſic eſt vltimum predicamentum.

Textus.

Oppoſitorum diuiſio

Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. Oppoſitorum enim quedaʒ ſunt relatiua: vt pater et filius duplum ⁊ dimidiū. Quedam ſunt priuatiue oppoſita: vt priuatio et habitus viſus et cecitas auditus ⁊ ſurditas. Alia ſunt contrarie oppoſita: vt album et nigrū. Alia ſunt contradictorie oppoſita: vt ſedere non ſedere. Que autem ſunt relatiue oppoſita dictum eſt in capitulo de relatione. Contraria ſunt quecūqʒ ſub eodeʒ genere poſita maxime a ſe inuicem diſtant mutuo ſe expellunt: et eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt a quo mutuo ſe expellūt niſi alteruʒ inſit a natura: vt albedo in cigno: ⁊ nigredo in coruo et ethiope. caliditas aūt nō eſt in igne vt accidens in ſubo imo vt ſubſtātiale in eo cuius eſt ſubſtātiale ſicut ſunt q̄dā que cadunt in diffinitione alicuiꝰ nō ſm̄ predicationem: ſed potiꝰ vt principium. vt punctꝰ in diffinitione linee. vnitas in diffinitione numeri. et iſte modus eſſendi in continetur ſub quarto modo ſm̄ quem vnaqueqꝫ pars diffinitionis ē in ſuo diffinito. et ſic ignis nō ē ſubʒ caliditatis ſʒ mat̄ia ignis ē ſubm̄ eiꝰ hec eñi ſuſceptibilis ē caliditatis: et frigiditatis. vnde caliditas ē in materia ignis vt in ſubiecto: in igne vero non vt in ſubiecto: ſed vt ſubſtātiale in eo cuius eſt ſubſtantiale. Priuatiue oppoſita ſūt que hñt fieri circa idem ſubiectū ordine irregreſſibili ⁊ tempore determinato a natura. Ordine irregreſſibili, dico qꝛ ab habitu in priuationeʒ deuenire poſſibile eſt ſʒ nō econuerſo: impoſſibile enim eſt a priuatione in habitū regreſſum fieri vt viſus ⁊ cecitas habent fieri circa oculum. a viſu autē deuenire in cecitatē poſſibile eſt [illegible] econuerſo.

¶ Primo ſciendū ē ꝙ poſtꝙ determinatū eſt d̄ predicamētis. hic ꝯñr determinandū eſt de poſtpredicamentis. vñ poſtp̄dicamentū eſt q̄dam documentū valēs a poſteriori hñdā p̄dicamentoꝝ cognitionē et ſunt qnqꝫ. ſ. oppoſitio. prius. ſimul. motus. et habere. Et priꝰ determinā duʒ eſt de oppoſitiōe nō quidē ꝯplexa ſʒ incōplexa et eiꝰ ſunt q̄ttuor ſpēs. ſ. relatiua: ꝯria: p̄uatiua et ꝯdictoria. vñ oppō relatiua eſt repugnantia relatiui ad correlatiuū que de eodē et reſpectu eiuſdē verificari nō pñt. vt pater ⁊ filiꝰ que d̄ eodem et reſpectu eiuſdē verificari nō pñt ſʒ bene reſpectu diuerſoꝝ. Ex quo ſequit̄ ꝙ nō omne relatiuū et correlatiuū opponunt̄ relatiue ſʒ ſolū que de eodē reſpectu eiuſdē verificari nō pñt.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ diffinitio cōtrarioꝝ ē ſic itelligēda ꝯria ſunt q̄ ſub eodē gñe poſita ſunt ⁊ maxime differūt ⁊ nata ſunt ſucceſſiue ineſſe eidē ſubo niſi alteꝝ illoꝝ inſit a nat̄a a quo nata ſunt ſe mutuo expellere. Et dicitur notanter niſi alterū illoꝝ inſit a natura quia ſi alterum inſit a natura non oportet ꝙ naturaliter poſſint ſe expellere: licet tamen ſint ſemper nata ſe expellere ſō nō eſt magna neceſſitas ponere illam particulam niſi alteꝝ inſit a natura.

et sunt duplicia scz mediata ꝛ imediata. mediata inter que mediat aliqd eiusdē generis cuz extremis: vt albū nigrū inter que mediat rubeum et multi alij colores. sed imediata sunt inter q̄ nō mediat aliqd eiusdē generis: vt inter sanuz et egrū nō mediat aliquid eiusdez generis cum extremis: ꝛ necesse est supple alterū istoꝝ naturaliter inesse suo susceptibili: lz nō imediate vt nō est necesse hoiem esse albū vel nigrum.

Contraria sunt duplicia

Sciendum est tertio ꝙ priuatiue opposita sunt que habēt fieri circa idē subiectū ordine irregressibili ꝛ tpe determiato a natura vt visus ꝛ cecitas. Et dr notāter circa idē subiectum: ideo visus ꝛ surditas non sunt priuatiue opposita: quia non habent fieri circa idē subm. Et dr notāter ordine irregressibili ꝓpter priuationē impfectā q̄ solū negat actū ꝛ nō dispositionem ad actū: vt quies respectu motus: ꝛ a tali bene pōt fieri regressus: sed non a ꝑfecta priuatione q̄ negat actū ꝛ dispōnem ad actuz vt cecitas. ¶ Dicitur notāter tpe determinato a natura: quia catulus ante nonum diē nō dicitur neqꝫ cecus neqꝫ videns: quia non habet tempꝰ determinatum. sed cōtradictoria sunt que opponunt̄ ꝫm affirmationē ꝛ negationē: vt hō nō hō. et ipa absolute sumpta nō possunt verificari de aliquo supple copulatiue: ꝗꝛ disiunctiue de quolibet conceptibili possunt verificari.

Que sūt priuatiue opposita

Arguitur primo sic. causa ꝛ effectus sunt relatiue opposita: ꝛ tn̄ respectu eiusdē possunt verificari de eodē. ¶ Scdo sic. rubedo verificatur de aliquo: ergo ꝛ cōtraria. cōsequentia patz: quia medij colores cōponūtur ex extremis coloribꝰ: ergo ibi erit mediꝰ coloꝛ et extrema etiā. ¶ Tertio sic. albū ꝛ nō albū sunt cōtradictoria: ꝛ tn̄ disiunctum ex ipsis non verificat̄ de quolibet: quia illa non est vera homo per se est albus vel non albus.

Ad primū dicitur ꝙ licet causa ꝛ effectus ꝫm diuersa genera causaruz possint de aliquo verificari respectu eiusdē: nō tn̄ ꝫm idez genus cause. ¶ Ad scdz dr ꝙ medij colores nō dicitur ideo medij eo ꝙ ꝯponātur ex extremis coloribꝰ: sed ꝗꝛ habēt maiorē ꝯuenientiam cuz extremis q̄ extrema inter se. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ licet cōtradictoria absolute capta nō possint verificari neqꝫ falsificari de eodē: tamē bene sumpta cum aliqua determinatione. vt cum ista determinatione per se vel necessario.

Prius dicit̄ quadrupliciter. primo mō ꝛ ꝓprie aliquid dr priꝰ altero ꝫm tps ꝓut aliquis dr senioꝛ ꝛ antiqoꝛ altero sicut hō habēs trigita annos dr prioꝛ homie hñte viginti annos. Scdo mō aliqd dr priꝰ a quo nō conuertit̄ subsistēdi ꝯña: vt vnū est priꝰ duobꝰ. Duobꝰ eñi existētibꝰ moꝫ ꝯñs est vnū esse: vt si duo sunt vnum est ꝛ nō ecōuerso. Tertio mō dr prius ꝫm ordinē quēdam: vt in disciplinis principia priora sūt cōclusionibꝰ ꝛ in gramatica littere sunt priores sillabis. ꝛ et in orōne ꝓemiū est priꝰ narratiōe. Quarto mō priꝰ dr qd meliꝰ est ꝛ honorabilius. Cōsueuerūt eñi plurimi hoies honorabiliores ꝛ magis dilectos apd se dicere priores. ꝓter hos quattuoꝛ modos iā dictos est vnꝰ alter modꝰ prioris. Eoꝝ que cōuertuntur ꝫm essendi ꝯñam ꝛ alteꝝ est quodā mō cā alteriꝰ: ꝛ hoc mō aliqd dr priꝰ altero natura: vt res est cā veritatis orōnis de se facte: vt hoiem currere ꝯuertit̄ cū hac orōne hō currit. Et si hoiem currere sit veꝝ hec est vꝫa hō currit ꝛ ecōuerso. Res aūt est cā veritatꝭ orōnis de se facte ꝛ nō ecōtra. Ab eo eñi ꝙ res est vel nō est oratio dicitur vera vel falsa. ergo hec res hominē currere prioꝛ est hac orōne hō currit. ¶ Simul dicit̄ tribus modis. Primo mō dr simul quoꝝ generatio est in eodē tpe. ꝛ neutrū ē priꝰ neqꝫ posteriꝰ. ꝛ hec dicūtur simul tēpore. Scdo mō dicūtur simul quecūqꝫ cōuertūtur ꝛ neutrū est causa alterius: sicut q̄libet relatiua: vt duplū ꝛ dimidiū: pater ꝛ filius: ꝛ sic de alijs. Tertio mō dicūtur simul que equaliter cōdiuidūt aliqd genꝰ vt hō equꝰ leo: ꝛ sic de alijs q̄ cōdiuidūt hoc genus aīal. ꝛ sil'r dr diuidēs aliqd genꝰ dicūtur simul: vt rōnale irrōnale ꝛ sic de alijs. Isti aūt duo vltimi modi dicūtur simul natura. primꝰ aūt modꝰ dr simul tpe. ¶ Motꝰ sex sunt spēs scz generatio: corruptio: augmētatio diminutio: alteratio: ꝛ ꝫm locū mutatio. Generatio est progressio de non esse ad esse. Corruptio est progressio ab esse ad non esse. Augmentatio est ꝑexistēs q̄titatis maioramentū. diminutio ē ꝑexñtꝭ q̄titatꝭ mioramētū. Alteratio ē mutatio a contraria qua

litate in cōtrariā qualitatē vel in me-
diā: vt cum aliquid permutatur ab al
bedine in nigredinē vel in medios co
lores. Motus ſm locuȝ est mutatio
de vno loco in alterū. motus autē ſm
locū sex sunt spēs siue differētie. sciȝ
ante: retro: sursum: deorsum: dextruȝ:
et sinistrum. Ad oēs aūt has partes
fit mot⁹. Habere dicitur multis mo-
dis. Primo mō dr̄ habere aliquā qua-
litatē vt disciplinā aut virtutē. Secū
do mō dr̄ habere q̄titatē vt magnitu
dinē. vt bicubitū tricubitum. Tertio
mō dr̄ habere ea que circa corp⁹ sūt
adiacētia: vt vestimentū ⁊ tunicam.
Aut circa mēbrum vt in manu anulū
Et habit⁹ isto tertio mō sumptus est
vnū de decē predicamētis: ⁊ diffinit
sic. Habitus est corporum et coruȝ q̄
circa corpus sunt adiacētia: vt est ar
matio vel caligatio. ⁊ similiter fingā
tur noīa in alijs ſm adiacentiā illam.
hec enī dicuntur habere illa vero ha
beri. Quarto modo dicit habere mē
brum vt manū aut pedē. Quinto mo
do dicitur habere sicut cōtinēs cōtē-
tum: vt lagena vinū aut modi⁹ grana
tritici. Sexto mō dicitur habere pos
sessionē vt domū aut agrum. Septi-
mo modo dicitur habere vxorem et
de hoc modo dicit aristoteles q̄ iste
modus est alienissimus in eo quod ē
habere propter hoc q̄ vir habēs vxo
rem etiam habet ab ea. vinculuȝ enī
matrimonij idissolubiliter ligat vtrū
q̄. Et dicit q̄ forte alij modi appare
bunt in eo quod est habere. Sed q̄ cō
sueuerit dici pene oēs enūerati sunt.

¶ Sciendum est primo q̄ secundum postpre-
dicamentū est prius est. et valet ad cognoscen-
dum qualiter genus species ⁊ indiuiduū se ha-
bent ſm prius et posteri⁹. Et eius sunt quinq̄
modi. Primus modus est prius tempore cuius
duratio vnius precedit durationem alteri⁹. Se
cūdus modus est prius natura a quo nō ꝯuerti
tur subsistendi cōsequentia. i. a cuius antecedē
te deest secundo adiacente. ad consequēs deest
secundo adiacente nō valet consequētia vt non
sequit animal est ḡ homo est. ſō animal est pri⁹
natura homine et qd̄libet superius suo inferio
ri. Terti⁹ modus est prius ordine a quo ſm de
bitū ordinē fit inceptio ſm quē modū partes p̄
cedunt totū et littere sillabas. Quartus mod⁹
est pri⁹ honore q̄ pfertur alio in honore. Quīt⁹
mod⁹ est p̄us natā a quo ꝯuertit subsistēdi ꝯn̄a
vt vnū est causa alteri⁹ ⁊ illud q̄d est causa alteri⁹
est prius natura. vt ita esse in re ⁊ ꝓpositio vera
cōuertunt ⁊ vnū est causa alterius sc; ita esse in
re. Et aduerte q̄ per prius intelligitur posteri⁹
cum sint opposita ⁊ dicit tot modis sicut prius.

Sciendum est secundo q̄ tertium
postpredicamentū est simul qd̄ valet ad cogno
scendum vnā ꝓprietatem ad aliquid. Et dicitur
tripliciter. s. generatiōe quoꝝ duratio vnius nō
precedit neq̄ precessit durationem alteri⁹. Se
cūdo mō natura a quo cōuertit subsistēdi ꝯn̄a.
vt vnū nō est causa alterius. vt relatiua ⁊ sua
correlatia. Tertio mō natura diuisionis q̄ op-
posito mō diuidit aliqd̄ totū vt due dr̄e diuidē
tes aliqd̄ gen⁹ vt rōnale ⁊ irrationale. Sȝ quar
tum postpredicamētum est motus q̄ valet ad
cognoscendum sextam ꝓprietatem substantie
et eius sunt sex species. ⁊ hoc capiendo motum
large pro omni mutatione siue successiua siue
instantanea ⁊ iste species patent in textu.

Scienduȝ est tertio q̄ quintū post
p̄dicamentum est habere qd̄ valet ad cognoscē
dum q̄liter habit⁹ est spēs qualitatis. ⁊ q̄liter
est p̄dicamentū vltimū ⁊ qualiter est postp̄dica
mentū. Et dr̄ septē modis. Primo mō dr̄ habe
re affectū. i. qualitatē. scd̄o mō dr̄ habere q̄tītȝ
id est q̄titatē. tertio mō dr̄ habere vestimentū
id est tunicā vel pileū. quarto mō dr̄ hr̄e mēbrū
vt caput vel pedē. quinto mō dr̄ habere ꝯtentū
vt lagena hȝ vinum. sexto mō dicit habere pos
sessionē vt agrū vel pratū. septimo mō dr̄ habe
re vxorem. ⁊ iste modus est alienissim⁹: q2 sicut
vir hȝ vxorem ita vxor hȝ viruȝ. Et aduerte q̄
isti modi reducūt̄ in illo p̄dicamēto in quo
sunt habita etiā ibi non reponūtur oīs modi
habere. sed solū illi q̄ valent ad cognitionē pre
dicamentorum habendam.

Arguitur sic non sequitur ista est
in re: ḡ ꝓpō est vera: q2 pōt ita esse in re ⁊ tamē
nulla erit ꝓpō. Scd̄o sic: cōdempsatio rarefa-
ctio sunt motus: ḡ erūt plures spēs q̄ sex. Ter
tio sic: habitus est p̄dicamentum: ergo non est
postpredicamentum.

Ad primuȝ dicitur q̄ licet nō seq̄-
tur est ita in re: ergo ꝓpositio formaliter est ve
ra. tn̄ bn̄ sequitur ita est in re: ḡ ꝓpositio formali-
ter vel obiectiue est vera. i. cā quare ꝓpositio
pōt esse vera. Ad scd̄m dr̄ q̄ cōdempsatio ⁊ ra-
refactio intelligunt ꝑ loci mutationē imo sunt
motus locales. Ad tertiū dicit q̄ habit⁹ capit
dupl'r. vno mō generaliter vt cōprehēdit sub se
oīs modos habitus. ⁊ sic est postp̄dicamentū.
alio modo specialiter ꝓ vno modo habendi et
sic bn̄ est p̄dicamētū vltimū vel etiā spēs q̄litatȝ

¶ Tractatus quartus.

Ropositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo. Terminꝰ est in quē resoluiť ꝓpositio vt in subiectū ⁊ in p̄dicatū. Dici de oī est qn̄ nihil ē sumere sub subiecto de quo nō dicatur p̄dicatū. vt oīs hō currit. hic cursus p̄dicať de hoīe ⁊ nihil est sumere sub hoīe de quo nō dicať cursus. Dici de nullo est qn̄ nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueať p̄dicatum: vt nullus hō currit. hic cursus remoueť ab om̄i hoīe ⁊ nihil ē sumere sub hoīe a quo nō remoueať cursꝰ.

Propositiōis diffinitio.

Iste est quartus tractatꝰ in quo videndum est de formatione sillogismoꝝ cathegoricoꝝ. cuiꝰ subiectū dr̄ esse sillogismꝰ simplr̄ dictꝰ. i. nō ꝯtractꝰ ad aliquam materiā. i. ad necessitatē cuiōi est sillogismus demōstratiuꝰ vel ad ꝓbabilitatē cuiōi est sillogismꝰ dialeticus. ⁊ ad eiꝰ passionē q̄ est concludere vlr̄ ⁊ ꝑticulariter affirmatiue vl̄ negatiue. ¶ Et si q̄s dicat sillogismꝰ simplr̄ est q̄d cōplexū ɋ nō est subm̄ huiꝰ sciē. Rn̄deť ɋ sillogismꝰ pōt capi duplr̄. vno mō ꝓ per se significato seu scd̄e intētionaliter ⁊ sic est q̄d icōplexū q: est vnū intentionale qd̄ attribuiť sillogismo cathegorico mētali vocali vel scripto. alio mō pōt capi ꝓ denotato seu prime intētionalr̄ ⁊ sic nō est aliud ɋ sillogismꝰ mētal' vocalis vel scriptus ⁊ sic ē bene quid complexum: ⁊ sic non est subiectum in hac sciencia.

Sciendum est scd̄o ɋ diffinitio propositionis sic est intelligēda. ꝓpō supple cathegorica simplic̄ qualitatis est orō in qua formaliter vel equalēter viniť p̄dicatum materiale cū subō mediāte copula verbali affirmatiua vl̄ negatiua. Ex qua diffinitione seq̄tur q̄dam diuisio ꝓpositionis cathegorice simplicis q̄litatis scz ɋ ꝓpōnum cathegoricaꝝ simplicis q̄litatis q̄dam est affirmatiua ⁊ q̄dam negatiua vt visū est in p̄mo tractatu. Et dr̄ notāter cathegorica ad remouendū ypothetică de qua nō est hic ad ꝓpositū cū nō possit eē ps silli cathegorici de quo ē hic ad ꝓpositū ⁊ dr̄ q̄litat' simplic̄ ad remouēdū ꝓpōnē mixte q̄litat'. sz diffinitio termi ē sic itelligēda. Terinꝰ est in q̄ ꝓpō cathegorica nata est resolui tanɋ in subm̄ ⁊ p̄dicatum et capiť ibi terminꝰ ꝓ om̄i illo qd̄ significatiue sumptū pōt esse subm̄ vel p̄dicatū ꝓpōnis siue sit complexum vel incomplexum: ⁊ nō capitur hic large pro omni illo quod nō est propositio: quia tunc copula esset terminus.

Tertio sciendū est ɋ duplex est dici de om̄i. s. dici de om̄i prioristicū ⁊ posterioristicū. vn̄ dici de om̄i prioristicū est qn̄ nihil est sumere sub suo subiecto de quo nō denoteť dici p̄dicatum siue vere siue false. Sed dici de om̄i posterioristicū ē qn̄ nihil ē sumere sub subiecto de quo vere nō dicať p̄dicatū ꝓ qualibz dirīa tēporis vt hō est aīal. Vn̄ aduerte ad hoc ɋ aliqua ꝓpō sit de om̄i prioristico req̄ritur ɋ sub subiecto fiat distributio tam in termīo ɋ extra terīm. Ex quo seq̄tur ɋ ꝓpositio vl̄is in plus se hz ɋ ꝓpō de om̄i. Aduerte etiam ɋ sicut duplex est dici de om̄i. ita etiā duplex est dici d̄ nullo. s. prioristicū ⁊ posterioristicum. ¶ Aduerte etiam ɋ ad hoc ɋ sit bonꝰ sillogismꝰ cathegoricus de medio cōi req̄ritur ɋ altera p̄missaꝝ sit de om̄i vel de nullo ⁊ nō sufficit ɋ sit vl̄is. ⁊ per hoc soluuntur multi paralogismi.

Dici de omni est duplex

Arguitur primo ista ꝓpō sortes est vel nō asinꝰ. est ꝓpō ⁊ tn̄ diffinitio ꝓpōnis sibi nō ꝯuenit: igiť. ¶ Scd̄o sic: si diffinitio termi esset bōa seq̄retur ɋ nullꝰ eēt terminꝰ sincathegorematicus cū in nullū talē resolueret ꝓpositio sz hoc est falsuz. ¶ Tertio sic: si hoc eēt verum seq̄retur ɋ ꝓpositio solū cōponereť ex subiecto ⁊ p̄dicato cuz propositio cōponatur solum ex illis in que resoluitur.

Dici de nullo est duplex

Ad primuz diciť ɋ talis ꝓpositio est de duplici q̄litate de qua non dať diffinitio. Ad scd̄m dr̄ ɋ nullus terminꝰ sincathegorematice tētus est terminꝰ nisi capiēdo terminū large ꝓ om̄i illo qd̄ nō est ꝓpositio. ¶ Ad tertiū dicitur ɋ ꝓpositio bene resoluiť in copulā: sed nō tanɋ in subiectum ⁊ p̄dicatum.

Sillogismus est oratio in q̄ q̄busdaz positis ⁊ cōcessis necesse ē aliud accidere ꝑ ea q̄ posita sunt ⁊ concessa vt om̄e aīal ē suba. oīs hō est aīal: ergo oīs hō est suba. Hoc totū ē orō in qua q̄busdā positis: scz duabꝰ premissis necesse est aliud accidere scz cōclusionē. Oīs aūt sillogismꝰ ꝯstat ex tribꝰ termīs ⁊ duabꝰ ꝓpositionibus quarū ꝓpōnum prima vocatur maior scd̄a mior. Ex tribꝰ aūt terminis nō p̄nt fieri due ꝓpōnes nisi alť illoꝝ terminoꝝ sumať bis: ⁊ tūc ille terminꝰ bis sumptus aut subijciť in vna ⁊ p̄dicať in alia: ⁊ sic ē prima figura: aut p̄dicať in vtraq3. ⁊ sic ē scd̄a figura. aut subijcitur in vtraq3: ⁊ sic ē tertia figura. Hoꝝ aūt termioꝝ alť vocatur mediū alter maioꝝ extremitas, alter ꝟo mioꝝ extremitas. Mes-

dium est termin⁹ bis sumptus añ cõclusionē. Maior extremitas est termin⁹ sumpt⁹ in maiori ppõne cũ medio. Minor extremitas est termin⁹ sumptus in minori ppõne cũ medio.

Quid sit sillus.

¶ Primo sciendũ est q᷑ diffinitio sillogismi sic est intelligenda. Sillogismus est oratio supple ypothetica rõnalis vel 2ditionalis ⁊c. vt si omne aĩal est substãtia: ⁊ hõ est aĩal hõ est substantia. in qua quibusdam positis .i. duabus p̃missis dispositis in modo ⁊ figura. ⁊ ponitur necesse est aliud accidere id est aliud sequi sciƺ conclusionem: quia conclusio in bona consequẽtia est necessaria per ea que posita sunt id est propter premissas sic dispositas. Ex quo sequit̃ q᷑ in ista diffinitione ly necesse capitur scd̃e intentionaliter. vt tantum valet sicut consequentia bona et necessaria ⁊ nõ capitur prime intentionaliter ⁊ sincathegorematice: quia conclusio cõtingenter sequeretur ad premissas cum possit poni ⁊ nõ poni. Sequitur etiam q᷑ in diffinitione sillogismi nõ debet poni concessis: quia siue premisse sint vere siue false faciunt ad sillogismum simpliciter dictum qui ibi diffinitur.

Sciendum est secũdo q᷑ in diffinitione sillogismi ponitur oratio loco generis. et ponitur in qua quibusdam positis ad differentiam oĩm consequentiarum in quibus non ponuntur due premisse disposite in modo ⁊ figura. Ponitur etiã ad differentiã fallatiarũ in quib⁹ premisse non bene disponuntur. Et aduerte q᷑ sillogismus cathegoricus de quo est hic ad propositum potest fieri dupliciter: scilicet per coniunctionem rationalem: ⁊ tunc sillogismus dicitur ppõ rationalis. vt oĩs homo currit. petr⁹ est homo: ergo petrus currit. vel fit per istã coniunctionem si. vt si omne animal currit ⁊ petr⁹ est animal: petrus currit. ⁊ tũc petr⁹ dicitur ppositio conditionalis. cuƺ ibi cõiungantur due vel plures propositiones per istam coniunctionem si. tanq̃ per copulam principalem illatiue tentam non negatam.

Quot sũt termini i quolƺ sillogismo.

Sciendũ est tertio q᷑ in quolibet sillogismo sunt tres termini ⁊ tres ppositiões termĩ sunt maior extremitas: ⁊ minor extremitas ⁊ medium. Medium est termin⁹ bis sumptus ante conclusionem ita q᷑ medium nunq̃ debet poni in conclusione aliter nõ erit bonus sillogismus. Sed maior extremitas est terminus sumptus in maiore ppositione cũ medio. Sed minor extremitas est termin⁹ sumptus in minori ppositione cum medio. Sed tres ppositiones sunt maior minor ⁊ conclusio. maior est p̃ma propositio minor scd̃a ⁊ cõclusio est que ponitur post notam illationis. Ex quo seq̃tur q᷑ pprie cõsequens in plus se habet q̃ conclusio. quia omis ppositio que ponitur post notam illationis dicitur consequẽs. sed illa que ponitur post notam illationis in sillogismo dicitur proprie conclusio. Sequitur secundo q᷑ differẽtia est inter consequens ⁊ consequentiam. quia cõsequentia est habitudo consecutionis antecedentis ad consequens. sed consequens est propositio posita post notam illationis.

Qualit' differt 2sequẽtia et 2ns.

Arguitur primo diffinitio sillogismi conuenit inductioni. quia inductio est oratio in qua quibusdam positis aliud de necessitate accidit: ergo nõ est bona. ¶ Scd̃o sic. conclusio cõtingenter sequitur ex premissis. q̃r formato antecedente põt formari vel nõ formari. conclusio. ¶ Tertio sic: sillogism⁹ qui est ex terminis sinonimis est bonus sillogismus: ⁊ tñ cõclusio nõ est alia a premissis: igitur.

Ad primuƺ dr̃ q᷑ talia que ponunt̃ in inductione nõ sunt disposita sicut sunt illa q̃ ponuntur in sillogismo. ¶ Ad scd̃m dicitur q᷑ ly necesse in diffinitione sillogismi nõ capit̃ prime intentionaliter ⁊ sincathegorematice. sƺ capitur scd̃e intentionaliter vt idem est q᷑ consequentia bona ⁊ necessaria. ¶ Ad tertium dicit̃ q᷑ licet in sillogismo ex sinonimis cõclusio non sit alia a qualibƺ p̃missaꝝ tñ est alia ab añte et hoc significatione totali. ¶ Textus.

Ad sillogismũ aũt exigitur mod⁹ et figura: figura est ordinatio trium terminoꝝ s̃m subiectionẽ ⁊ predicationẽ. Hec aũt ordinatio fit trib⁹ modis vt dictũ est prius ⁊ s̃m hoc tres sunt figure. Prima figura est qñ medium subiicitur in vna ppositione ⁊ p̃dicat̃ in alia: vt oẽ aĩal est suba oĩs hõ est aĩal: ergo oĩs hõ est suba. Secũda figura est qñ mediũ p̃dicat̃ in vtraq3 vt oĩs hõ est aĩal null⁹ lapis ē aĩal. ergo null⁹ lapis ē hõ. Tertia figura est qñ mediũ subiicit̃ in vtraq3 vt oĩs hõ est aĩal. oĩs hõ est suba: ergo q̄dam suba est aĩal. versus. Sub pre prima. Secũda pre bis. Tertia subis. Modus est ordinatio duarũ ppõnum in debita qualitate ⁊ q̃titate. Debita qualitas ē q᷑ si vna sit negatiua reliqua erit affirmatiua. Debita q̃titas est. q᷑ si vna est ꝑticularis reliqua erit vl'is. Vñ tales dant̃ regule vl'es ad quãlibet figurã. ¶ Ex puris particularibus indefinitis et singularibus nihil sequitur. vñ oportet alteram premissarum esse vl'em. Item ex puris negatiuis nihil sequi

tur. vnde oportet alterā p̄missarum esse affirmatiuā. Item si aliqua premissarum fuerit particularis conclusio erit particularis ꝛ nō econtra. Itē si aliqua premissarum fuerit negatiua cōclusio erit negatiua. Itē mediū nunq̄ debet poni in conclusione.

¶ Primo sciendū est ꝙ duo sunt principia formalia sillogismi. s. modus ꝛ figura. Et aduerte ꝙ in diffinitione figure ponitur ordinatio loco generis: ꝛ ponitur triū terminorum ad differentiam modi qui est ordinatio duaꝝ ꝓpōnū. vnde cōiter ponūtur tres figure q̄ differūt īter se fm diuersam ordinatōez triū terīoꝝ. s. mediȷ extremitatū. nam in prima figura termini sic ordināt ꝙ mediū subȷcitur in maiori ꝛ p̄dicat in minori. sed in scd̄a figura mediū p̄dicat taz in maiori q̄ in minori. ꝛ in tertia mediū subȷcit tā in maiori q̄ in minori. Utrū aūt sit ponēda q̄rta figura alias videbit. Aduerte tñ ꝙ ad hoc ꝙ aliqd sit mediū prime figure non opꝫ ꝙ sit subiectum nec ps subiecti maioris ꝓpōnis: ꝫ sufficit ꝙ ponatur in maiori ꝓpōne a parte subiecti. oportet tamen ꝙ sit predicatum in minori propositōne vt oēm hominem videt sortes. plato est homo. ergo platonem videt sortes: ibi ly hoīem est medium. ꝛ tamē nō est subiectū: sed est pars predicati maioris ꝫ tñ ponat a pte subiecti maioris.

Sciendum est scd̄o ꝙ modus capitur dupliciter. vno mō pro ordinatione duaruꝫ propōnum in debita qualitate ꝛ quātitate. ꝛ sic diffinitur in textu. ꝛ tūc barbara ꝛ baraliptō nō sunt modi distincti. alio modo capitur pro ordinatione duarum propositionum ꝛ conclusionis in debita qualitate ꝛ quātitate: ꝛ sic barbara et baralipton differunt. Unde debita quātitas est ꝙ vna premissarum sit vniuersalis. ꝛ debita q̄litas est ꝙ vna premissarum sit affirmatiua. Ex quo sequitur ꝙ sunt quinqꝫ regule generales ad omnes figuras. ¶ Prima ꝙ ex puris particularibus indefinitis et singularibus non valet sillogismus de medio communi. cuius ratio est quia ex vero sequeretur falsum. sic arguendo. quoddā animal ē equus homo est animal: ergo homo est equus in aliquibus tñ casibꝰ potest valere de quibꝰ alias videbit. Scd̄a regula ex puris negatiuis nihil sequitur propter eandē causam vel quia ibi sunt vabiles termini in quibus omni et in quibus nulli de quibus videbitur in logica. Tertia regula ꝙ si aliqua premissarum sit particularis conclusio debet esse particularis alias arguitur a non distributo ad distributum ex parte minoris extremitatis nisi forte subiectū ꝯclusionis in antecedente distribueretur: quia tunc posset valere consequentia. vt bene sequitur homo est sortes. nullus homo est asinus: ergo nullus asinus est sortes. Quarta regula: ꝙ si aliqua premissaruꝫ fuerit negatiua. conclusio debet esse negatiua: nisi illa sit de ꝯtingenti nō necessario ex qua bñ sequit affirmatiua. Quinta regula est ꝙ mediū habens officiū mediȷ nō debet intrare conclusionem. nam officiuꝫ mediȷ est ꝙ vniatur. cum extremitatibus in premissis sed hoc non potest fieri in ꝯclusione: ergo ꝛc.

Quinqꝫ sūt generales ad oēs figuras.

Sciendū est tertio ꝙ multe alie cōditiones requiruntur ad hoc ꝙ fiat bonus sillogismus. Prima ꝙ non ponatur aliq̄s terminꝰ equiuocꝰ vt nō sequit oīs canis currit sidꝰ celeste ē canis: ꝫ sidus celeste currit. Scd̄a ꝙ non arguat a magis amplo ad minus ampluꝫ. Exemplum nō sequitur nullum mortuum est viuens. aliquis homo est mortuus. ergo aliquis homo non est viuens. Tertia est ꝙ non arguatur a minus amplo ad magis amplum. Exemplū vt nō sequitur nihil quod est viuens est mortuum: plato est viuens ergo plato non est mortuus. Quarta ꝙ nō arguatur a non distributo ad distributum. ideo nō sequitur oīs homo anīal nō est. petrus est homo: ergo petrus nō est animal. Quinta est ꝙ nō varietur genus suppositōnis vt nō sequit nullus sillogismꝰ est subm in hac sciā. sillogismus simplr est sillogismꝰ: ꝫ sillogismus simplr nō est subiectuꝫ in hac sciā. Sexta est ꝙ p̄dicatum minoris nō sit in plus q̄ subm distributionis maioris. defectu cuiꝰ nō sequit cuiuslibet cōtradictionis altera pars est falsa ꝓpō vera est altera ps ꝯtradictionis: ꝫ ꝓpō vera est falsa. Septima cōdicio est cauendū ne in minore vel in cōclusione ponat aliqua determinatio nisi fuerit posita in maiore. ꝛ hoc si teneat ex pte p̄dicati. ideo nō sequitur omīs homo est albus. sortes est per se homo: ergo sortes est per se albus.

Cōditiones ad hoc ꝙ fiat bonus sillogismus requisite

Arguitur sic primo. iste sillogismꝰ est bonus. oīs hō est aīal: nullum aīal est lapis: ergo nullus lapis est homo: ꝛ tamen non est in aliqua trium figurarum: ergo sunt plures figure q̄ tres. ¶ Secūdo sic: ex negatiuis de contingenti fit bonus sillogismus: ergo male dicitur ꝙ ex puris negatiuis nihil sequitur. ¶ Tertio sic minore negatiua de contingenti sequitur affirmatiua: ergo nō oportet q̄ si altera p̄missaꝝ fuerit negatiua ꝙ ꝯclusio sit negatiua.

Ad prim d̄r ꝙ sillogismus est in q̄rta figura de qua magis videbitur in logica. ¶ Ad scd̄m dicitur ꝙ ex puris negatiuis bene sequitur conclusio in aliquibꝰ casibus. ¶ Ad tertiū patet solutio in scd̄o notabili.

Prima figura nouē habꝫ modos. Primi q̄ttuor modi ꝯcludūt directe Reliq̄ vero quinqꝫ cōcludūt indirecte. directe cōcludere est maiorēz extremitatē predicari de minori in cōclusione. Indirecte cōcludere est minorē extremitatē p̄dicari de maiore in ꝯclusiōe. Nota duas regulas qua

rum prima tãtum conuenit prime figure quo ad quattuor priores modos. et secunde quo ad omnes. Scda etiã cõuenit tñ prime figure quo ad eius quattuor primos modos: et tertie figure quo ad oẽs. Pria regula talis ẽ minore existẽte negatiua nihil sequitur Secunda regula est maiore existente particulari nihil sequitur.

Due regule de modis prime figure.

Sciendum est primo q̄ hic determinandum est de qualibet figura in speciali. Et primo determinandũ est de prima et de eius modis. de qua ponũtur due regule. Prima ẽ q̄ minore existente negatiua in prima figura nihil sequit: q̄a argueretur a non distributo ad distributum ex pte maioris extremitatis: q: in maiore nõ distribueretur q: oporteret maiorẽ esse affirmatiuã. et tamen in conclusione distribueretur: quia tunc conclusio esset negatiua quia si aliqua premissarum fuerit negatiua conclusio erit negatiua Secunda regula. maiore existente particulari in prima figura nihil sequitur q: cuiuslibet boni sillogismi supple de medio cõmuni mediũ d; distribui quod tamẽ nõ faceret q: vel hoc esset i maiori vel in minori non in maiori cũ maior sit pticularis. nec in minori q: eẽt p̄dicatũ ppositõnis affirmatiue cũ minor p primam regulã non possit eẽ negatiua. Et debẽt intelligi tales regule q̄ nihil sequit supple gratia forẽ q: grã materie. i. grã bitudinis terminorũ aliquid bñ pot sequi.

Quid sit cõcludere directe

Secundo sciendũ est q̄ capiendo modũ p ordinatione p̄missarũ et cõclusionis simul nouẽ sũt mõi prime figure sc; barbara celarẽt darij: et c. qui distĩguũtur penes diuersã dispõnẽ p̄missarũ et cõclusionis penes vlẽ vel pticulare affirmatiuum vel negatiuũ. Et aduerte q̄ q̄ttuor istorum modorũ sc; barbara: celarent: darij et ferio dicũtur concludere directe et alij indirecte. Unde diffinitio de directe concludere sic est intelligenda: est quando maior extremitas vel ps maioris extremitatis est p̄dicatũ vel ps p̄dicati: vel se tenet ex parte p̄dicati. et minor extremitas vel ps minoris extremitatis est subiectum vel se tenet ex pte subiecti in conclusiõe Exemplũ de vltima pticula: vt cuiuslibet hoĩs asinus currit: sortes est homo: ergo sortis asin⁹ currit. ibi totũ hoc asin⁹ currit seu asinus currens est maior extremitas: et tñ nõ p̄dicatur in cõclusione. nec totũ hoc se t; a pte p̄dicati: sed solum vna ps. s. currit vel currẽs. similr iste gtũs sortis qui est minor extremitas se tenet a pte subiecti in cõclusione: et tamẽ non est subiectum.

Sciendum est tertio q̄ diffinitio huius qd est concludere indirecte est sic intelligenda quando minor extremitas est p̄dicatum vel se tenet a pte predicati: et maior extremitas vel pars eius se tenet a parte subiecti: exemplũ vbi minor extremitas se tenet a pte predicati: et cũ hoc est p̄dicatũ: vt omẽ aĩal est substãtia: omnis hõ est aĩal: ergo quedã substantia est hõ. ibi homo qui est minor extremitas se tenet a pte p̄dicati et cum hoc est p̄dicatum: exemplũ vbi minor extremitas se tenet a pte p̄dicati: vt omnem hoĩem videt plato: sortes est hõ: ergo plato videt sortẽ. exemplum vbi solũ ps minoris extremitatis se t; a pte p̄dicati: vt oĩs albedo est color sortes h; albedinẽ: ergo colorẽ hab; sortes.

Arguitur primo sic. barbara et baralipton habẽt eãdẽ dispositionẽ p̄missarũ: ergo nõ sunt modi distincti ab inuicẽ. Scdo sic. aliquã maior extremitas est solum pars predicati vel se tenet a pte predicati: ergo male diffiniebat. Tertio sic. omnis homo est animal: substantia est homo: ergo substantia est animal: maior extremitas p̄dicatur d̄ minori extremitate: et tñ nõ cõcludit directe cũ sit p̄dicatio indirecta: igr.

Ad primũ patet solutio in primo notabili. Ad scdm dr̄ q̄ predicatio capit dupliciter. vno mõ vt idem est q̄ p̄dicatu;: et sic nõ capitur hic. alio modo vt idem est q̄ se tenere a parte p̄dicati siue sit predicatũ siue nõ: et sic accipitur hic. Ad tertiũ dicit q̄ aliter conclusio dicitur directa et aliter predicatio. quia cõclusio dicitur directa eo q̄ maior extremitas vel pars maioris extremitatis predicatur vel se tenet a parte predicati: sed predicatio dicitur directa eo q̄ superius predicatur de inferiori.

Barbara prim⁹ modus cõstat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis vniuersalem affirmatiuã directe concludentibus: vt omẽ aĩal est substantia: omnis homo est aĩal. ergo oĩs homo est substantia. Celarent scdus modus constat ex maiore vniuersali negatiũ et miore vniuersali affirmatiua vniuersalem negatiuam directe concludentibus. vt nullu; animal est lapis oĩs homo est animal. ergo nullus homo est lapis.

Barbara ex q̄bus constat.

Primo sciẽdũ est q̄ prim⁹ mod⁹ prĩe figure est barbara q̄ cõstat ex maiore vlĩ affirmatiua et miore vlĩ affirmatiua: vlẽ; affirmatiuã directe concludẽtib⁹: vt omẽ aĩal est suba: oĩs hõ est aĩal: ergo oĩs hõ est suba. et est bonus sillogismus: q: imediate regulat p dici de oĩ. Cũ aliquẽ sillogismũ imediate regulari p dici de oĩ nõ est aliud q̄ de ipo verificari istã maximã seu istud pricipiũ q̄cq̄d dr̄ d̄ subiecto distributo in maiori dr̄ de quolib; cõtento sub ipo in cõclusiõe vel saltẽ denotat dici de eo. Ergo p; q̄ nõ est idẽ dici de oĩ et sillm regulari p dici de oĩ. Et aduerte q̄ iste terĩus barbara iportat vnã scdã intẽtõẽ; q̄ attribuit. argumentationi mentali vocali vel scripte cuius p̄misse sunt vniuersales affirmatiue vniuersale; affirmatiuam directe concludentes et de figura

cato materiali et secūdario importat talē argumētationē esse sic dispositā. ita oēs argumentationes sic disposite sunt in barbara. vñ aliquam argumētationē esse in barbara nō est aliud q̄ ipam eē dispositā sm q̄ ille mod⁹ barbara requirit.

Sciendum est secūdo q̄ ad hoc q̄ barbarā sit bonus sillogism⁹ requirit q̄ p̄misse sint de oī. sic videlicz q̄ sub subiectis earū fiat distributio cōpleta et pfecta q̄ sit tam in termino q̄ extra terminū: tam in numero q̄ extra nūez. Et p hoc solutē istud argumentū: omīs essentia diuina est pater: oīs filius in diuinis est essentia diuina: ergo oīs filius in diuinis ē pater. vnde si maior sit de omni. et si subiectū distribuatē distributione cōpleta et pfecta est bon⁹ sillogism⁹: sed q̄r sicut cōclusio est falsa ita et maior. si autē nō sit de omni nō est bon⁹ sillogism⁹. Et p idem solutur istud argumentū. vtrūqz aīal est aīn⁹ vterqz hō est aīal: ergo vterqz hō est a sin⁹. Respondetē q̄ nō est in barbara cum subiectū maioris nō distribuatē distributione cōpleta et perfecta. Et per idē pōt solui tale argumētū. oīs propositio vera vel falsa est falsa. sed oīs ꝓpō est vera vel falsa: g̃ oīs ꝓpō est falsa. Vñ sic solet solui. nam maior pōt esse vna disiunctiua et sic est falsa: et sic nō fit in barbara: vel pōt esse vna cathegorica de disiuncto subiecto. et hoc duplicitē: quia vel totū disiunctū distribuitur: et tunc est bonus sillogism⁹: vel solū pria ps distribuitur: et tunc non est bonus sillogismus. cum predicatum minoris implus se habeat q̄ terminus distributionis maioris.

De celarent.

Sciendum est tertio q̄ scdus modus prime figure est celarent qui cōstat ex maiore vlī negatiua minore vlī affirmatiua vlem negatiuā directe cōcludentib⁹: vt nullū aīal est lapis: oīs hō est aīal: g̃ nullus hō est lapis. et q̄ talis modus sit bonus ptz: q̄r īmediate regulatē per dici de nullo: g̃ est bon⁹ sillogism⁹. Vñ sillogismū īmediate regulari p dici de nullo non est aliud q̄ ipm manifestari p illud principiuz vel maximā: quicq̄d remouetur a subo maioris denotatur remoueri a quolibet ꝯteto sub eo in cōclusione. et de alijs pticulis dicatē sicut in barbara. Et si q̄s dicat nō sequitē nullū dextrū est sinistrum: cuiuslibet hoīs oculus est dexter: g̃ nulli⁹ hoīs oculus est sinister: p̄misse sunt vere et cōclusio est falsa: igitur celarēt nō est bonus modus. Item nō sequitē nullus turonus valet solidum: oīs ducat⁹ valet turonū: g̃ nullus ducat⁹ valet solidū. Ad primū dr̄ q̄ arguitē a nō distributo ad distributū. quia oculus in minori non distribuitur: et tamen distribuitur in conclusione. Ad scdm dicitur q̄ predicatū minoris impl⁹ se habet q̄ subiectū distributionis maioris. q̄a subiectum maioris est precise turonus. et p̄dicatum minoris est totū hoc valens turonum.

obiectio

obiectio

Solutio

Solutio

Arguitur sic primo. omīa aīalia sunt rōnalia vl irrationalia. sed omīs homo et equus sunt aīalia: ergo omnis hō et equus sunt rationalia vel irrationalia. cōclusio est falsa et p̄misse sunt vere: quia ista est vera. omne aīal est rationale vel irrationale: ergo et ista oīa animalia sūt rationalia vel irrationalia: quia sicut singulare de singlī et plurale de plī. Scdo sic. nō sequitur oīs ꝓpō si est vera est vera. sed oīs propō vlīs est propositio si est vera: ergo oīs propositio vlīs est vera: et tñ arguitur in barbara: igitur. Tertio sic. nō sequitur in celarēt nullum animal dum dormit vigilat: oīs hō est aīal dum dormit: ergo nullus homo vigilat.

Ad primū dicitur q̄ sicut conclusio est falsa ita et altera p̄missaꝝ scz maior. Et ad ꝓbationē dr̄ q̄ nō est vlīter vera: imo in multis deficit. Ad scdm dr̄ q̄ maior pōt esse ypothetica et sic nō est in barbara. vel pōt esse de conditionato subiecto: et hoc duplr. q̄r vel solū ly propositio distribuitē: et nō ly vera: et tunc non bñ arguitur cū predicatū minoris implus se habeat q̄ subiectum distributionis maioris: vel totū distribuitē: et tunc maior est falsa: quia tunc est sensus: de quocūqz verum est dicere q̄ est ꝓpō si ē vera: de illo verū dicere q̄ est vera et illud est falsum: igitē. Ad tertiū dr̄ q̄ distinguitur maior quia vel est ypothetica temporalis: et sic non bene arguitē. vel pōt esse vna cathegorica de subiecto tēpali. et sic maior est falsa: et est sensus. de nullo de quo verum est dicere q̄d est aīal dū dormit verum est dicere q̄ vigilat.

Sciendū est primo quod vsus vt hic capitur est operatio ad quā res aliqua per se ordinatur: vt equitare dicitur operatio equi. secare etiā dicitur operatio securis et illud quod ordinatur per se ad talē operationē vocatur vsitatū vt equus dicitur vsitatum de equitare et securis de secare. Et si quis dicat secare est ita bñ et melius ab homine secante: sicut a securi. ergo homo dr ita bene vsitatum sicut securis. Respondetur negando pñam: quia homo per se ordinatur ad talē operationē sicut securis ideo non dicitur ita bene vsitatū. Unde locus ab vsibus est habitudo ipsius vsus ad vsitatū. et tenet affirmatiue et negatiue. respectu istorū predicatorū boni et mali: vt equitare est bonū: ergo equus est bonus: maxima: cuius vsus est bonus ipsum quoque bonū est. negatiue. vt equitare nō est bonum ergo equus nō est bonus. maxima: cuius vsus nō est bonus ipsum quoque nō est bonū. Et similiter tenet locus ab vsitato ad vsum. scilicet affirmatiue et negatiue. Et aduerte quod ille locus dicitur ab vsibus in numero plurali eo quod vnius vsitati possunt esse plures vsus. et nō quia terminus inferens sit pluralis numeri.

Sciendum est secundo quod duplicia sunt cōmuniter accidētia quedā sunt que solū aliquādo et nō semper nec vt plurimū se consequuntur vt magnū esse fortē esse. et in istis sumitur locus sophisticus. Alia sunt que semper et vt plurimum se cōsequuntur vt penitere et peccare. et in istis sumitur locus dialeticus. Et adhuc duplicia sunt: quia quedam sunt que se consequuntur pro eodē tempore. vt interpositio terre dyametraliter inter solē et lunā est eclipsis lune. et in istis arguitur respectu eiusdē copule. Alia sunt que se consequuntur pro diuersis temporibus vt penitere et peccare. et in istis nō arguitur respectu eiusdem copule. vnde locus a coiter accntibus est habitudo vnius coiter accidētiū ad reliquū et tenet affirmatiue et negatiue. affirmatiue: vt petrus penitet: ergo peccauit. negatiue. vt petrus nō peccauit: ergo nō penitet. Et aduerte quod quando arguitur affirmatiue debet accipi posterius pro termino inferēte. et quando arguitur negatiue debet accipi prius pro termino inferente vt peccare est prius quam penitere.

Tertio sciendū est quod multi loci ad istos locos reducuntur. vt dicunt aliqui logici. dicunt enim quod pña que arguitur a tota copulatiua ad qualibet eius partē seorsum intelligitur per locum a toto in quantitate et ad ipsum reducitur et pña qua arguitur a parte disiunctiue ad totam disiūctiuā reducitur ad loca a parte subiectiua ad totū vel. sed hoc nō videtur esse verū. Primo quia tales loci non sunt pñe formales ille aūt pñe sunt formales pñe. Item in locis terminus inferēs nunquam ponitur in pñte quod tū fit in illis pñtijs. sed pña que fit a toto collectiuo ad suam partem reducitur seu intelligitur per locum a toto integrali ad suā partē et eodē mō. scilicet respectu istius verbi est secūdi adiacētis et respectu partis principalis vt bñ sequitur. exercitus est. ergo homo est sed nō sequitur exercitus est. ergo equus est. Et si quis dicat de locis qui fiunt ab añte ad pñs. Rñdetur quod nō distinguitur ab alijs locis.

Arguitur sic primo. secare est finis securis. ergo sic arguēdo secare est bonū: ergo securis est bona. erit locus a cā finali ad suū effectum. Secūdo sic. nō sequitur deus penituit. ergo deus peccauit. Tertio sic plures sunt loci a cōcomitātibus sub a[?] quam enūerati sunt. ergo illa diuisio nō est bona.

Ad primū dicitur quod secare potest cōsiderari dupliciter. vno mō vt est in intētione agētis. et sic pōt dici finis. alio modo vt est operatio actualis ipsius securis. et sic dicitur vsus. dico etiā quod nō habeo pro incōuenienti aliquam pñam formari secundum diuersos locos. Ad secundū dicitur quod penitere pōt capi dupliciter. vno mō large: vt idem est quod displicentiā hēre vel se hēre per modū displicētie et sic dicitur deū penituit. alio mō stricte vt est hēre displicentiā propter peccatū. et sic deū nō penituit. Ad tertiū dicitur quod si sint alij loci reducantur ad illos vel per illos intelliguntur.

Textus.

Sequitur de locis extrīsecis. quid autē sit locus extrinsecus dictum est prius. Locorum aūt extrinsecorum: alius est ab oppositis: alius a maiori. alius a minori: alius a simili: alius a proportione: alius a trāssumptione: alius ab auctoritate. Itē oppositorum quattuor sunt species. scilicet relatio. contrarietas. priuatio: et contradictio. Relatiue opposita sunt quorum alterum sine altero nō pōt esse. Locus a relatiuis est habitudo vnius relatiuorum ad aliud. Et est constructiuus et destructiuus. Constructiuus sic: pater est. ergo filius est: et filius est ergo pater est. maxima posito vno relatiuorū necessario ponitur et reliquū. Destructiue sic. pater nō est. ergo filius nō est et econuerso. Maxima Remoto vno relatiuorum remouetur et reliquū. Locus vero a relatiue oppositis

tenet solũ destructiue sic sortes est pater platonis ergo nō est filius eius. Cōtrarietas est cōtrarioꝝ oppositio vt albi et nigri. cōtrarioꝝ quedam sunt mediata vt albũ et nigrũ inter que sunt medij colores. Quedã vero imediata: vt sanũ et egrũ circa aial. Locus a cōtrarijs est habitudo vnius cōtrariorum ad reliquũ et tenet cōstructiue et destructiue. cōstructiue sic. hoc aial est sanũ: ergo nō est egrum. maxima. Posito vno cōtrarioꝝ remouetur reliquũ destructiue tenet tantũ in cōtrarijs imediatis cũ cōstãtia subiecti: vt hoc aial nō est sanũ ergo est egrũ. maxima Remoto vno cōtrarioꝝ ponitur reliquũ subiecto manẽte. que autẽ sunt priuatiue opposita dictũ est prius.

Regula de loco a relatiuis

¶ Primo sciendum est quod consequẽter determinandũ est de locis extrinsecis. Unde locus extrinsecus est quando terminus inferẽs et illatus, idest importãt nec vnũ denotatur esse in alio secundum aliquẽ modum essendi in. et sunt septem. scilicet ab oppositis. a maiori. a minori. a simili. a proportione a trãsumptione et ab auctoritate. Unde locus ab oppositis diuiditur secundum quod sunt quattuor opposita scilicet relatiua: contraria priuatiua et contradictoria. inter que primo dicendum est de loco a relatiue oppositis. Unde relatiua sunt quoꝝ totũ esse est ad aliud. scilicet habent habitudinem ad aliud vt pater et filius. Unde locus a relatiuis est habitudo vnius relatiui ad reliquum et tenet affirmatiue et negatiue respectu istius verbi est secundi adiacẽtis vel tertij adiacentis. et respectu alicuius transcedentis vt si pater est filius est: si pater nō est filius nō est. maxima: posito vno relatiuoꝝ ponitur et reliquũ. vel destructo vno relatiuoꝝ destruitur et reliquũ. Unde pro loco a relatiue oppositis ponitur talis regula. si vnũ relatiue oppositoꝝ vere affirmetur de aliquo singulari singulariter et vniuoce tento. tunc alteꝝ debet vere negari ab eodem: vt petrus est pater platonis: ergo nō est filius eius.

Sciẽdum est secundo quod cōtraria sũt duplicia scilicet mediata et imediata. Immediata sunt quoꝝ necesse est alterũ inesse suo proprio susceptibili. vt sanũ et egrum respectu aialis. Sed mediata quoꝝ non est necesse alterũ inesse suo proprio susceptibili vt albũ et nigrum. Unde pro loco a cōtrarijs ponũtur alique regule. Prima est quod ab affirmatione vnius cōtrariorum de aliquo subiecto ad negationẽ alterius de eodem subiecto valet cōsequẽtia. dum modo addatur ista particula. in qualibet parte temporis presentis si sit copula presentis. si preteriti preteriti si futuri futuri. vt sortes in qualibet temporis presentis parte est albus: ergo nō est niger: et quod debeat poni ista particula patet: quia nō sequitur sortes fuit albus: ergo nō fuit niger: dato quod heri fuerit albus et ante heri fuerit niger. Secunda regula a negatiua vnius cōtrariorum imediatorum ab aliquo subiecto ad affirmationẽ alterius de eodem subiecto est bona cōsequẽtia ponẽdo constantiam subiecti vt bene sequitur sortes est et nō est sanus: ergo est eger. Notanter dicitur cōtrariorum imediatorum: quia in cōtrarijs mediatis non valet vt nō sequitur sortes est et nō est niger: ergo est albus. et secundum illas regulas fit locus a contrarijs tam mediatis quam immediatis.

Sciendum est tertio quod dubiũ est an secundum illas regulas arguatur affirmatiue vel negatiue sic arguẽdo sortes est albus. ergo nō est niger. Respondetur probabiliter quod magis videtur arguere negatiue quam affirmatiue: quia argumẽtationes videntur accipere denoiationem a consequẽte. ¶ Et aduerte quod locus a contrarijs pōt fieri adhuc vno alio modo quam prius fuerit dictum ponẽdo plura contraria. tam in antecedente quam in consequente. Pro quo ponitur talis regula: si vnum extremum vnius contrarietatis sit verificabile de extremo alterius contrarietatis et reliquum de reliquo. vt iusticia est virtus: ergo iniusticia est vicium et tenet tribus cōditionibus obseruatis. Prima est quod arguatur in predicatis per se: ideo non sequitur album est dulce: ergo nigredo est amarum. Secunda quod ambo extrema vnius contrarietatis nō contineantur sub vno extremo alterius contrarietatis defectu cuius nō sequitur illiberalitas est vicium: ergo prodigalitas est virtus. Tertia quod vbique sit idem genus oppositionis scilicet extremi ad extremum medij ad medium defectu cuius non sequitur illiberalitas est defectus: ergo liberalitas est superabundantia. Et alij addunt aliam cōditionem puta quod ponatur constantia subiecti sed hoc nō est necesse cum arguitur in predicatis per se.

Contraria duplicia.

Arguitur primo secundum ista relatiua pater et filius sumitur locus a relatiuis: ergo nō sumitur locus a relatiue oppositis. Secũdo sic: nō sequitur omnis homo est viuus: ergo nullus homo est mortuus. et tamen arguitur ab affirmatione vnius contrarij ad negationẽ alterius: igitur. ¶ Tertio sic: nō sequitur hec oratio homo albus nō est negatiua: ergo est affirmatiua cum antecedens sit verum et consequens falsum.

Ad primũ dicitur quod relatiua possunt capi dupliciter. vno modo secundum cōuenientiam quam habent adinuicẽ et sic nō sumitur locus a relatiuis. Alio modo pro repugnantia quam habent de eodẽ respectu eiusdẽ. et sic sumitur locus a relatiue oppositis. nam relatiue opposita sunt que nō possunt verificari de eodem respectu eiusdem. ¶ Ad secundum dicitur quod indebite arguitur: quia arguitur a minus amplo ad magis amplũ. ¶ Ad tertium dicitur quod nō bene arguitur quia nō arguitur respectu proprij susceptibilis quia talis oratio homo albus nō est nata esse affirmatiua nec negatiua.

Que aūt sunt priuatiue opposita dictū est prius. Locus a priuatie oppositis est habitudo priuationis ad habitū vel habit⁹ ad priuationē: et tenet cōstructiue vt iste est vidēs: ergo nō est cecus. vel ē cec⁹: ergo non est vidēs: maxima posito vno priuatiue oppositoꝝ circa aliqd subiectū ab eodē remouet reliquū. Destructiue nō tenet nisi cū cōstātia subi ⁊ cū tpe determiato a natura: catulus ei nō dr̄ videns neqꝫ cecus ante nonū diem. Et puer nō dr̄ edentulus ante tpus determiatū a natura. Cōtradictio est oppositio cuius ſm se nō est dare mediū. Locus a cōtradictorie oppositis est habitudo vni⁹ ꝯtradictorie oppositoꝝ ad reliquū vt sortē sedere est verū: ergo sortē nō sedere est falsū: maxīa. si vnū ꝯtradictoriorum est verum: reliquū erit falsum.

Regule de priuatiue oppositis.

¶ Primo sciendum est ꝙ ꝓ loco a priuatiue oppositis ponūtur alique regule. Prima est ab affirmatione vnius priuatiue oppositoꝝ de aliquo subiecto ad negationē alteri⁹ de eodē subiecto: hoc addito in qualibet pte tpis valꝫ ꝯña vt sortes in qualibꝫ pte tpis presentis est vidēs ergo sortes nō est cec⁹. Et similiter fiat in alijs copulis. ¶ Est tñ aduertendū ꝙ si arguamus per istum locū ⁊ ꝑ locū a cōtrarijs ex ꝓpōnib⁹ modalib⁹ debem⁹ cauere ne modus negetur. ideo nō seqtur sortes possibiliter est vidēs: ergo sortes nō possibiliter est cecus: sed sic: ergo sortes possibiliter nō est cecus. ¶ Scđa regula a negatione vni⁹ priuatiue oppositoꝝ ad affirmationē alterius posita cōstātia subiecti susceptibilis ⁊ tpe determīato a natura valet ꝯña vt bñ seqtur sortes nō est videns ⁊ natus est videre: ⁊ hꝫ tēpus determinatū: ergo est cecus: ⁊ hoc maxime in nūero singulari: qz in nūero plurali nō seqtur. non enī seqtur isti nō sunt vidētes. ⁊ nati sunt videre ⁊ hñt tpus determīatum: ergo sunt ceci: qa antecedēs pōt esse verū sine cōsequēte posito ꝙ vnus sit cecus ⁊ alius videns.

Regule de loco a contradictorijs

Sciendū est scđo ꝙ pro loco a contradictorijs ponuntur alique regule. Pria ꝙ a negatione vni⁹ ꝯtradictorioꝝ de aliquo subiecto ad affirmationē alterius est bona ꝯña. vt sortes nō est nō hō. ergo sortes est hō. Et si qs dicat nō seqtur chimera nō est homo: ergo chimera est nō hō: qz añs est verū ⁊ ꝯñs falsum cum subiectū ꝯsequētis ꝓ nullo supponat in ꝓpōne affirmatiua. etiā arguit a ꝓpositione habente plures causas veritatis ad ꝓpositionē habentem tm̄ vnā cām veritatis. ideo nō bñ arguitur. Pro oībus istis dr̄ ꝙ ꝓpositio affirmatiua de ꝑdicato infinito eodē mō dr̄ vera sicut ꝓpositio negatiua de ꝑdicato finito. ⁊ hꝫ tot causas veritatis: ideo ab vna ad aliā etiam valet ꝯña. ¶ Cauendū est tñ ꝙ qñ arguit ab affirmatiua ad negatiuā ꝙ arguat in ꝓpositionib⁹ de inesse et ꝙ totū ꝑdicatū infinitet ⁊ ꝙ copule in antecedente addatur ista particula in qualibet parte temporis presentis preteriti vel futuri ⁊ hoc ſm exigentiam copule.

Tertio sciendū est ꝙ qñ arguitur a negatiua ad affirmatiuā subiecto manēte eodem ⁊ ꝑdicato variato penes finitū ⁊ infinitum valet ꝯña. dūmodo totale ꝑdicatū infinitet: et ꝙ subiectū vel ꝑdicatū añtis nō supponat ꝯfuse tantū vt bñ sequit oīs hō nō est iustus: ergo oīs homo est nō iustus. Dicit notanter dū modo totale ꝑdicatū infinitetur. ideo nō sequitur hō nō est lignū albū. ergo hō est lignū nō albū: dr̄ dum mō nō ponat aliqs termin⁹ supponēs ꝯfuse tantū: ideo nō seqtur cuiuslibet hoīs asinus nō est asin⁹: ergo cuiuslibet hoīs asinus est nō asinus cū antecedēs sit verū ⁊ ꝯñs falsum. ⁊ ꝙ antecedēs sit verū pꝫ. qz ista est vera: cuiuslibꝫ hominis asin⁹ nō est asin⁹. cū sint eiusdē qualitatis ex cōsimilib⁹ termīs eodē mō supponētib⁹.

Arguitur ꝑmo sic. nō seqtur aīa intellectiua sortis mouet: ergo aīa intellectiua sortis nō quiescit. ⁊ tñ arguitur ꝑ locum a priuatiue oppositis: igit. añs ꝓbatur: qz posito ꝙ manus sortis moueat ⁊ pes eius quiescat. tunc antecedens est verum ⁊ ꝯñs falsum. ¶ Scđo sic: non sequitur isti duo nō sunt vidētes demōstrando cecum ⁊ videntē: ergo isti duo sunt ceci. ⁊ tñ arguitur ꝑ locum a priuatiue oppositis: igitur ¶ Tertio sic: nō sequit a hō nō est homo: ergo a homo est nō homo. cū antecedens sit verū et ꝯsequens falsum. ⁊ tamen arguitur per locū a contradictorijs: igitur.

Ad ꝑmum dr̄ ꝙ non sequitur anima sortis quiescit in pede: ergo anima sortis quiescit. ¶ Ad scđm dicitur ꝙ talis locus non tenet in numero plurali vt visum est in textu. ¶ Ad tertium dicit ꝙ nō bene arguit cū subiectum supponat cōfuse tantum: modo dictum est ꝙ cauendum est ꝙ quando arguitur a negatiua ad affirmatiuam variato predicato penes finitum ⁊ infinitū nec subm supponat ꝯfuse tm̄

Sunt autem alia opposita que dicuntur disparata que nō sunt opposita ſm aliquod genus predicte oppositionis: sed sunt diuersa: vt hō ⁊ asinus: ⁊ a talibus sumitur sic argumentū: sortes est homo. ergo nō est asinus. Maxima de quocūqꝫ dicit vnum disparatorum abstractiue ab

illo eodem remouetur τ reliquum. Dicitur notanter abstractiue: q2 si ɔcretiue sumerentur tunc nõ sequeretur. quia nõ sequitur hoc est album: ergo nõ est quantũ: sed bene sequit̃ hoc est albedo: ergo nõ est quantitas. Maius vt hic sumitur ẽ quod supra ponitur alicui in potentia τ virtute. minus est quod ei supponit̃. Locus a maiori ẽ habitudo ipsius maioris ad minus: et est semꝑ destructiu⁹: vt rex non pt̃ expugnare castrũ: ergo nec miles. Maxima: si id quod magis videtur inesse nõ inest nec id qđ minus videtur ineẽ nõ inerit. Locus a minori est hitudo minoris ad maius. τ est semꝑ cõstructiu⁹ vt miles põt expugnare castrũ ergo τ rex. Maxima: si id quod min⁹ videtur inesse inest et id qđ magis videtur inesse inerit. Similitudo est rerum differentiũ eadẽ qualitas. Loc⁹ a simili est habitudo vni⁹ similiũ ad reliquũ et tenet cõstructiue τ destructiue: ɔstructiue sic. sicut risibile ĩest homini: ita hinibile inest equo: sed risibile inest homini vt ꝓpriũ: ergo hinibile ĩest equo vt propriũ: maxia de similibus idẽ est iudiciũ. Destructiue sic. sicut risibile inest homini. ita hinibile inest equo. sed risibile nõ ĩest homini vt genus. ergo nec hinibile inest equo vt genus. maxima. De similib⁹ idem est iudicium.

¶ Sciendũ est primo q̄ disparata que intelligũtur ꝑ opposita sic diffiniuntur. sunt que nõ possunt verificari de se inuicẽ vt homo τ asin⁹. vnde pro loco a disparatis ponit̃ talis regula. ab affirmatiõe vni⁹ disparatorũ đ aliquo subiecto ad negationẽ alterius est bona ɔña. vt bene sequitur sortes est hõ ergo sortes nõ est asinus. τ debet intelligi ista regula in abstractis et cõcretis predicamẽti substantie. q2 in cõcretis accidẽtiũ nõ oportet q̄ valeat: vt nõ sequitur lac est albũ g̃ nõ est dulce cũ añs posset esse verũ sine consequente. sed bñ sequitur in abstractis: vt albedo est dulcedo: g̃ non est nigredo. Ex quo sequit̃ q̄ faciendo istũ locũ a disparatis oportet ponere disparata a parte predicati et nõ a parte subiecti. ideo nõ sequitur albedo ẽ qualitas. g̃ nigredo nõ est qualitas: τ hoc quãdo predicatum nõ singularisat̃: q2 tũc bñ sequeret̃ vt albedo ẽ hec qlitas. g̃ dulcedo nõ est hec qualitas.

De loco a disparatis.

Sciendũ est secũdo q̄ maius capitur dupliciter. vno mõ pro fortiori τ minus pro debiliori. τ sic non capitur hic. alio mõ capitur maius ꝓ illo quod habet maiorem apparentiã inessendi alicui subiecto. et min⁹ ꝓ illo qđ habz minorem apparentiã inessendi subiecto. vt debellare castrum habet maiorẽ apparentiã essendi q̄ debellare ciuitatẽ ceteris paribus. Et debellare prouinciã habet minorẽ apparentiã essendi q̄ debellare castrũ. Unde loc⁹ a maiori tenet destructiue triplr̃. Primo mõ comparando vnũ predicatum duob⁹ subiectis vt rex nõ põt debellare castrũ. g̃ neq̄ miles. Secũdo cõparando duo predicata vni subiecto. vt rex nõ põt debellare castrũ ergo neq̄ villã. Tertio cõparãdo plura predicata plurib⁹ subiectis vt rex nõ põt debellare castrũ ergo miles nõ põt debellare totam prouinciã. Sed locus a minori tenet affirmatiue triplr̃. vno modo cõparando vnũ predicatuz ad duo subiecta. vt miles potest debellare castrũ ergo τ rex. Secundo ɔparando duo predicata vni subiecto vt rex põt debellare ciuitatẽ ergo τ castrũ. Tertio cõparãdo plura predicata plurib⁹ subiectis. vt miles põt debellare prouinciã. ergo rex põt debellare castrũ. et maxime oĩm istorum satis patent in textu.

De loco a maiori et minus

Sciendũ est tertio q̄ similitudo potest capi duplr̃. vno mõ ꝑ ɔuenientia alicui⁹ rei cuz alia re in q̃litate: τ sic dicit̃ q̄ similitudo est rerum differentiuz eadem qualitas. alio mõ capit̃ pro totali apparentia verificationis alicui⁹ predicati de aliquo subiecto τ sic capit̃ hic similitudo. vnde locus a simili tenet affirmatiue et negatiue. et hoc tripliciter. primo mõ cõparando vnũ predicatum pluribus subiectis. vt bene sequitur. sicut sorti ĩest risibile ita platoni inest risibile. sed sorti inest vt propriũ: g̃ platoni inest vt propriũ. Secũdo comparãdo duo predicata vni subiecto. vt sicut homini inest risibile ita et flebile. sed risibile inest homini vt ꝓpriũ: ergo τ flebile. Tertio ɔparando duo predicata duob⁹ subiectis. vt sicut risibile inest homini. ita hinnibile inest equo. sed risibile inest homini vt proprium. ergo hinibile inest equo vt proprium. et tot modis tenet negatiue: cuius exempla satis patent per alia. sed maxima omniũ istorum est ista. de similibus simile est iudicium.

Arguitur sic primo. nõ sequit̃ sortes est homo. ergo sortes nõ est sciens et tamen arguitur per locum a disparatis: igitur. ¶ Secundo sic argui̇t̃. nõ sequitur rex nõ potest portare pondus centũ librarũ ergo neq̄ miles. et tñ argui̇t̃ ꝑ locuz a maiori: igit̃. ¶ Tertio sic. sicut se habet negatiua ad negatiuaz. ita affirmatiua ad affirmatiuam. Sed vniuersalis negatiua infert vniuersalem negatiuã in cõuersione simplici. ergo vniuersalis affirmatiua infert vniuersalem affirmatiuam in conuersione simplici. et tñ argui̇t̃ per locum a simili: igitur.

Ad primum dicitur q̄ non bene ar-

guitur per concretum accidentia. ¶ Ad secundū dicitur ꝙ magis arguitur per locuz a minori. ꝙ a maiori. ideo non bene sequitur. ¶ Ad terciū dicitur ꝙ non bene arguitur quia non arguitur ea parte qua sunt similia.

Textus.

Quid est proportio.

Proportio est rerū differentiū eadez habitudo. Locus a proportione est habitudo vnius ꝓportionabiliuz ad reliquū: vt sicut se hz rector nauis ad nauem. ita se habet rector scolarū ad scolas. sed in naui regenda eligendus est rector nō sorte sed arte: ergo in scolis regēdis eligend⁹ est rector non sorte sed arte. Maxima de ꝓportionalibus idē ē iudiciū. Differt autē iste locus a loco a simili: quia in loco a simili sumitur cōparatio ſm similitudinē inherentie: vt sicut risibile inest homini ita hinnibile inest equo. In loco autē a proportione nō attenditur similitudo inherentie. sed cōparatio habitudis vt sicut se habet rector nauis ad nauē ita se habz rector scolarū ad scolas. Trāssumptio ē duplex. Quedam enī est qn dictio vel oratio vnū significans trāssumiť ad significandū aliō ꝓpter similitudinē aliquā in eis repertam. vt hec dictio ridere transsumiť ad significādū florere cū diciť pratū ridet. Simiľr oratio trāssumiť cū diciť littus arať. i. opera ꝑditur sicut solet dici cū qs inuanū laborat. et hec trāssumptio pertinet ad sophisticuz. Alia est qn nomē magis notuz sumiť ꝓ noīe minus noto: vt si debeat probari ꝙ phūs nō inuidet ⁊ fiat transsūptio ad hoc nomē sapiēs et ista trāssumptio ꝑtinet ad dialeticum. Locus a trāssumptione est habitudo trāssumptionis ad trāssumptū vt sapiens nō inuidet. ġ phūs nō inuidet. Maxima. qcquid alicui cōuenit sub noīe magis noto eidē cōuenit sub nomīe min⁹ noto: differt aūt iste locus a loco a nominis iterpretatione: qꝛ in loco a nominis iterpretatiōe accipiť diffinitio siue expositio nominis: vt si exponať hoc nomē phūs ꝑ hoc qđ est amator sapientie. In loco aūt a trāssumptiōe nō accipiť expositio siue descriptio noīs: sꝫ ꝓ vno noīe min⁹ noto accipiť aliō nomē magis notū. ꝑ qđ faciľr pōt ꝓbari ꝓpositū. ¶ Auctoritas vt hic sumiť ē iudiciū sapietꝭ i sua scia. vñ iste loc⁹ solꝫ dnoiari a rei iudicio. Loc⁹ ab auctoritate ē habitudo auctoritatis ad illō qđ ꝑ eā ꝓbať. Et tꝫ ꝯstructiē solū vt astronom⁹ dicit celū eē volubile. ġ celū ē volubile. Maxima: vnicuiqꝫ experto in sua scientia credendum est.

¶ Primo sciendū est que differētia est inter ꝓportionē et ꝓportionabilitatē: qꝛ ꝓportio est habitudo vni⁹ ꝗtitatis ad aliā existentis eiusdez generis vt habitudo vni⁹ ad duo: et dicitur notanter existentis eiusdē generis: qꝛ ꝗtitates diuersorū generū nō proportionantur adinuicez vt linea et nūerus. sed proportioabilitas est habitudo vel similitudo vni⁹ proportiōis ad aliā que vocatur ab aliquib⁹ proportio proportiōis vt naute ad nauē est ꝓportio et doctoris ad scolas regendas: sed habitudo vel similitudo illarum ꝓportionū vocatur proportionabilitas. Ex quo sequiť ꝙ iste locus proprie debet dici a ꝓportionabilitate et tenet affirmatiue ⁊ negatiue dūmō arguatur quo ad illa in quibus est similitudo et proportio vt sicut se habz nauta ad nauem regendā. ita doctor ad scolas regendas. sꝫ ad nauē regendā debet eligi nauta expertus in arte. ergo ad scolas regēdas debet eligi doctor expertus in arte. Et diciť notāter dūmō arguatur quo ad illa ī quibus est ꝓportio. qꝛ aliter nō sequeretur vt nō sequitur. sicut se habet nauta ad nauē regendā: ita doctor ad scolas regēdas sed nauta ad nauē regendā īdiget remis: ergo doctor ad scolas regendas indiget remis. ⁊ siľr posset argui negatiue. Et aduerte ꝙ iste loc⁹ se habet ad locū a simili sicut inferius ad suuz superius sic ꝙ omnis locus a proportiōe est locus a simili: sed non econtra.

Sciendū est ꝙ per locum supradictum intelligitur alius locus qui vocať locus a transmutata proportione qui fit a comparatione primi ad tertiū ⁊ secundi ad quartū propter cōparationē primi ad secundū et tertij ad quartum in proportionabilitate vt sicut se habz vnū ad duo. ita quattuor ad octo: qꝛ vtrobiqꝫ est proportio dupla: ergo transmutando proportionez sicut se habet vnū ad quattuor ita duo ad octo quia vtrobiqꝫ est proportio quadrupla. Et aduerte ꝙ iste locus proprie tenet in proportionibus quātitatis tam numerorum ꝙ magnitudinū. Etiam videtur ſm aliquos ꝙ teneat in proportionalibus oppositionum vel proportionuꝫ

et de hoc magis videbitur in logics. sed in alijs modis nō tenet vt nō sequitur sicut se habz corpus ad hoc corpus:ita locus ad hūc locū: ergo transmutando ꝓportionē sicut se habet corpus ad locū.ita hoc corp⁹ ad hunc locū:sed corp⁹ nō potest esse sine loco:ergo hoc corpus non potest esse sine hoc loco.

De loco a trāssumptione.

Sciendū est tertio ꝙ transsūptio potest capi dupliciter. vno modo vt est acceptio noīs vel orationis habētis significatū principale ꝓ significato minus principali ꝓpter aliquaz similitudinē inter illa repertam:vt si florere acciperetur pro ridere.ꝛ sic nō est hic ad ꝓpositum. Alio mō capitur vt est acceptio noīs magis noti pro noīe minus noto ipis supponētibus ꝓ eodē vt capiēdo ly sapiens loco huius noīs phūs. et sic sumitur hic. Unde locus a trāssumptione est habitudo noīs magis noti ad nomē min⁹ notū. et tenet affirmatiue ꝛ negatiue eodē mō sicut locus ab interp̄tatione vt sapiens currit:ergo phūs currit:negatiue vt sapiēs nō currit: ergo philosophus nō currit. maxima quicq̄d dr̄ de noīe magis noto:etiā de noīe minus noto:etiā quicquid remouetur a noīe magis noto ꝛ a noīe minus noto. Et aduerte ꝙ iste locus nō est extrinsecus cum terminus inferēs ꝛ terminus illatus supponāt ꝓ eodē. Sed pro loco ab auctoritate

De loco ab auctoritate.

est aduertendū ꝙ auctoritas nō est aliud ꝙ iudiciū sapiētis experti in aliqua scientia de pertinētibus ad suam sciam:ꝛ tenet tantū affirmatiue. exemplū vt aristoteles dicit esse decem predicamēta:ergo decez sunt p̄dicamēta. maxima cuicūqꝫ experto in sua scīa credendum est ꝛ ad istum locū reducitur locus a cōi fama: vt cōmunis fama dicit hoc:ergo sic est. Et aduerte vltra ꝙ iste locus nō est ꝓprie efficax nisi auctoritas sit ab illo qui nō potest mentiri sicut deus.

Arguitur sic primo: non sequitur sicut se habz illa propō nullus homo est animal ad istā nullū aīal est hō:sic se hz illa aliqđ aīal nō est hō ad istam:aliq̄s hō nō est aīal: sed prīa infert scđam ꝑ cōuersionē:ergo tertia infert q̄rtam ꝑ cōuersionē. ¶ Scđo sic: quelibet creatura pōt dicere falsum: ergo pōt mentiri ꝛ deficere in suis auctoritatibus. ꝛ per ꝯñs locus ab auctoritate nō tenet ab auctoritate dicta a creatura. ¶ Tertio sic. locus a trāssumptōe est loc⁹ intrinsecus cum terminus inferens ꝛ termin⁹ illatus supponant pro eodem: ergo male dicitur ꝙ est locus extrinsecus.

Ad primū dr̄ ꝙ ibi nō arguitur ea parte qua tales propōnes habent proportionē adinuicē:sed ea parte qua non cōueniunt: etiaz locus a proportione solum tenet in ꝓportione quātitatiua scꝫ magnitudinis ꝛ nūerorū ꝛ nō in proportione propositionū saltem in cōuertēdo vel opponēdo. ¶ Ad scđm dicitur ꝙ argumenta que fiūt ab auctoritate creature nō sunt multum effectiua virtute illius auctoritatis:sūt tamen aliqualiter ꝓbatiua qđ sufficit. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ locus a trāssumptione est locus intrinsecus:ꝛ intelligitur ꝑ locū ab interpretatione:ꝛ de ipso male determinauit petrus hyspanus ponēdo ipuz inter locos intrinsecos.

¶ Sequitur de locis medijs.

Quid aūt sit locus medius dictū est prius. Locorum mediorum alius a cōiugatis:alius a casibus : ꝛ alius a diuisione. Coniugata ꝛ casus differunt sic; quia vniuocū siue principale siue abstractum qđ idez est:dicitur cōiugatuz cum suo denominatiuo vt iusticia ꝛ iustum.albedo ꝛ albuz. Casus autem dicuntur ea que cadunt a principali:vt iustū ꝛ iuste a iusticia. Et differentiam hanc assignat aristoteles in scđo thopicoꝝ. Locus a coniugatis est habitudo vnius cōiugatorum ad reliquum: vt iusticia est bona:ergo iustum est bonuz. Maxima quicquid conuenit vni coniugatoruz cōuenit et reliquo:ꝛ si vnum coniugatoꝝ inest:inest ꝛ reliquū. Locus a casibus est habitudo vnius casuum ad reliquum:vt iustum est bonum:ergo quod iuste fit bene fit. Maxima. Qđ vni casui conuenit:cōuenit ꝛ reliquo et econuerso sumitur argumentum a casibus ꝛ a coniugatis.

¶ Primo sciendū est ꝙ cōsequēter determinādum est de locis medijs q̄ sunt tres. s. a ꝯiugatis a casib⁹ ꝛ a diuisiōe. vñ ꝯiugata sūt cōcretum ꝛ ei⁹ abstractū vt albedo ꝛ albū. ꝛ dicūtur ꝯiugata q: de ꝑ se significato idē īportant aliter tñ ꝛ aliter q: concretum importat formā sub actuali inherētia ad subiectū:sed abstractū sic nō īportat

De loco a cōiugatis.

Uñ loc⁹ a cōiugatis est hītudo vni⁹ ꝯiugatorū ad reliquū ꝛ tenet tam cōstructiue ꝙ destructiue virtute illius regule si abstractū enūcietur de abstracto:ita cōcretū de cōcreto ꝛ ecōtra : ꝛ hoc in predicationibus essentialibus:quia nō sequitur albuz est dulce:ergo albedo est dulcedo. Et aduerte ꝙ iste locus nunq̄ debet fieri respectu vni⁹ p̄dicati. sed respectu pluriū:iō nō sequit̄ album est coloratū:ğ albedo est colorata. Et si q̄s dicat cōtra:q: bene seq̄tur iustū est bonū:ğ iusticia est bona:ꝛ tñ arguit̄ respectu vnius predicati. dr̄ ꝙ bona accipit̄ loco abstracti scꝫ bonitatis Et aduerte etiaz ꝙ debet intelligi dūmodo nō sit factū miraculū circa formā abstracti. ꝛ ꝙ sit sufficiēs denominare subiectū:q: tūc nō opꝫ illū locū valere:q: ꝯcretū īportat formā sub actuali inherētia ad subm:iō ꝯcretū nūq̄ vꝫ poni nisi for

ma p̄ ip̄m ĩportata actualr̄ inhereat subiectuz.

Sciendū est scd̄o q̄ quādo argui tur p̄ istū locū affirmatiue cauendū est q̄ nō arguatur in vltimate abstractis: ideo nō sequitur hō est aīal: ergo humanitas est aīalitas. Qn̄ vltimate abstractū est qd̄ abstrahit a supposito proprio vt humanitas ⁊ aīalitas ⁊ sic de alijs. ⁊ illa vltimate abstracta nunq̄ possunt de aliquo verificari nisi forte de seipsis. Cauendū est etiam q̄ qn̄ arguit̄ negatiue p̄ illū locū. puta a negatiōe abstracti de abstracto q̄ arguat̄ in abstractis p̄ se: ideo nō sequitur albedo nō est dulcedo: ergo albū nō est dulce. Sed qn̄ arguit̄ a negatiōe concreti de concreto ad negatōem abstracti de abstracto: tenet in oībus concretis siue talia cōcreta sint per se siue nō: vt bene sequitur album nō est dulce: ergo albedo non est dulcedo.

De loco a casibus

Sciendū est tertio q̄ casus dicuntur nomen adiectiuū ⁊ suū aduerbiū vt iustū et iuste. ⁊ dicūtur casus. quia ambo cadunt ab abstracto. vnde loc⁹ a casib⁹ est hitudo vni⁹ casuū ad reliquū ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. affirmatiue vt iustū est bonuz: ergo q̄ iuste fit bene fit. ⁊ solū tenet in p̄dicationibus essentialib⁹ ⁊ ō nō sequit̄ albū est dulce: ergo q̄ albe fit dulciter fit: negatiue vt iustuz nō est viciosum: ergo qd̄ iuste fit nō viciose fit. Et aduerte q̄ qn̄ fit negatiue debet fieri inter illa que nunq̄ de se inuicē verificari possunt: ⁊ dr̄ ille loc⁹ a casib⁹ in numero pluraliter: quia in antecedente ponūtur plures casus.

Arguitur sic primo: non sequitur albū est coloratū: ergo albedo est colorata: ⁊ tn̄ arguit̄ p̄ locū a cōiugatis agit̄. ¶ Scd̄o sic. nō seq̄tur albedo est color: ergo albū est coloratum. posito q̄ albedo sit sep̄ata a subiecto: q: tūc an̄s est verum ⁊ p̄ns falsum. ¶ Tertio sic. nō sequit̄ iust⁹ est liberalis: ergo qd̄ iuste fit liberal'r fit. quia pater potest extrahere pecunias iuste a filio: ⁊ tamen hoc nō fit liberaliter.

Ad primū dicitur q̄ nō bene arguitur: quia ar̄ respectu vni⁹ p̄dicati: ⁊ tn̄ deberet argui respectu diuersoꝝ. ¶ Ad scd̄z dr̄ q̄ talis locus intelligit̄ dū mō circa formā abstracti non sit factū miraculū ⁊ q̄ ip̄a sit sufficiēs denoīare subiectū: ideo quādo arguitur in an̄te debēt p̄pric addi tales cōditiōes. ¶ Ad tertiū dicit̄ q̄ nō bn̄ ar̄ p̄ locū a casib⁹: q: talis loc⁹ solum tenz in cōcretis et aduerbijs per se.

Diuisionū: alia fit per negationem vt sortes ē hō aut nō hō: sed nō ē non homo: ergo est homo: maxima: si aliq̄ duo cōdiuidāt aliquod tertiū posito vno remouetur reliquū. Alia autē fit per negationem: et hec fit sex modis tribus p̄ se ⁊ trib⁹ per accidens. Prima dīo per se ē generis in species vt animaliū aliud hō aliud brutū. Secūda ē totius ĩtegralis in suas partes vt dom⁹. alia pars ē p̄ies. alia tectuz alia fundamentū. Tertia vero ē vocis in significata: vt canis: alius latrabilis: alius piscis marin⁹. alius sid⁹ celeste. Diuisionum vero per accidens. Prima ē subiecti in accidētia. vt aīalium: aliud sanū: aliud egruz. Secūda diuisio ē accidentis in subiecta vt sanoꝝ: aliud brutū: aliud hō. Tertia est accidētis ĩ accn̄tia: vt sanoꝝ: alid̄ calidum aliud frigidum. Locus a diuisione est habitudo vni⁹ ꝯdiuidentiū ad reliquū: ⁊ si sortes est aīal aut est aīal rōnale aut irrōnale: sed nō est irrōnale: ergo rōale. Maxima posito vno mēbroꝝ diuidētiū in aliquo subiecto remouetur reliquuz ⁊ similiter in qualibet alia diuisione.


¶ Et hec de locis dicta sufficiant.

Diuisio quot modis capitur.

s Ciendum est primo q̄ diuisio pōt capi dupl'r. vno mō p̄ reali sep̄atione partis a parte quādmodū lignū diuiditur et sic p̄prie nō capit̄ hic. alio mō accipit̄ pro acceptiōe aliquoꝝ q̄ adequate ⁊ a posteriori manifestant aliud quo ad eius potestatē seu cōitatem: ⁊ sic capit̄ hic ⁊ est duplex. q̄dam est que dat̄ p̄ negationē vt aīaliū alid̄ hō aliud nō homo. ⁊ illa est semp̄ bimēbris ⁊ dat̄ p̄ īmediata. alia est diuisio q̄ dat̄ p̄ affirmationē vt aīaliū aliud hō aliud brutum ⁊ illā non opz esse bimēbrem semp̄ nec dari p̄ opposita nec p̄ īmediata. Et diuidit̄ in diuisionē per se ⁊ p̄ accn̄s. p̄ se est triplex. q̄dam est generis in suas sp̄ēs vt aīaliū aliud hō aliud brutum ⁊ ad istā reducit̄ diuisio generis in suas differētias. ⁊ diuisio sp̄ēi in īdiuidua. Alia est toti⁹ integralis in suas partes. vt dom⁹ diuidit̄ in parietē tectum ⁊c. ⁊ ad istaz reducitur diuisio totius essentialis in suas partes vt hō diuidit̄ p̄ corpus ⁊ aīam. Alia est diuisio vocis in sua significata. vt canū alius latrabilis. alius piscis marin⁹. ali⁹ sydus celeste. ⁊ illa dr̄ diuisio equoci in sua equocata. Sed diuisio p̄ accn̄s est triplex scz subiecti in sua accidētia. vt aīalium aliud albū aliud nigrū. Alia est diuisio accidētis in subiecta vt alboꝝum aliud hōs alid̄ equus. alia est diuisio accidētis in accidentia. vt alboꝝ aliud dulce aliud amarum.

Quid est locus a diuisione

Sciendum est scd̄o q̄ locus a diuisione est habitudo vni⁹ diuidentiū ad reliquuz et tenet ꝯstructiue ⁊ destructiue. Pro cuius declaratione ponūtur aliq̄ regule. Prima ab affirmatione diuisi de aliquo subiecto cū negatione alterius mēbri de eodem subiecto vel oīm dep



to vno ad affirmationē alteri⁹ est bona ꝯña: vt fortes est aīal ꝛ nō est irrōnalis. ergo est rōnal. Et dicit notanter vel omniū dēpto vno: q: quādo diuisum hꝫ plura mēbra ꝙ duo: tūc nō seqtur ab affirmatione diuisi ꝛ negatione vni⁹ mēbri ad affirmationē alterius. vt nō sequitur sol est causa caloris ꝛ nō est causa formalis. ergo ē causa materialis. Maxima. si diuisum affirmetur de aliquo subiecto ꝛ vnū, vel oīa dēpto vno negent. de eodē tūc aliud affirmat de eodem.

Sciendum est tertio ꝙ secūda regula est ista ab affirmatiōe diuisi de aliquo subiecto ꝛ ab affirmatione alicu⁹ mēbri de eodeꝫ subiecto ad negationē alterius membri vel aliquoꝝ mēbrorum est bona ꝯña. dū modo mēbra diuidentia nō coincidāt adinuicē: vt fortes est et est rōnalis: ergo nō est irrōnalis. Et dicit notanter dū mō mēbra diuidētia: nō coincidant: q: tunc nō sequeret: vt nō sequit felicitas hūana est bona, ꝛ est delectabilis: ergo nō est honesta. nam illa mēbra honestum ꝛ delectabile q̄ diuidunt bonū possunt coincidere adinuicem.

Arguitur sic primo ens nō diuiditur per nō ens: ergo nulla diuisio dat per negationē: q: in tali alterum extremū est nō ens. cū sit extremū ꝯtradictionis. ¶ Scdo sic. nulla cōsequentia formalis tenet p aliquē locū dialecticum. sed illa est formalis oīe aīal est rōnale vl' irrationale. sed fortes est aīal ꝛ nō est irrōnal: ergo est rōnalis. ¶ Tertio sic: non seqtur fortes est colorat⁹ ꝛ nō est niger: ergo est albus.

Ad primū dicitur ꝙ talis negatio que est alterum mēbrum dicit negatio ꝓsupponens affirmationē: ꝛ cū dicit aīalium aliud hō aliud nō homo sensus est aīalium aliud est aīal quod nō est homo. ¶ Ad scdm respōdetur ꝙ locus a diuisione est locus dialectic⁹ ꝛ dico ꝙ illa ꝯña est formalis ꝛ nō fundata in loco a diuisione. sed in illa regula, a tota disiūctiua cuꝫ negatione vni⁹ partis ad positionē alteri⁹ est bona ꝯña. ¶ Ad tertiū dr ꝙ illa diuisio nō est bona: q: opꝫ negare oīa mēbra dēpto vno si diuisum habeat plura mēbra diuidentia.

¶ Sequitur sextus tractatus.

Sillogismoruꝫ alius est demōstratiu⁹ alius dialecticus alius sophistic⁹ siue litigiosus. Sillogismus demonstratiu⁹ est q̄ ex primis veris ꝛ immediatis est sillogisat⁹ aut ex talibus q̄ per oīe aliqua prima ꝛ vera principiū sue cognitiōis sumpserūt Dialeticus ex ꝓbabilib⁹ est sillogisatus. Sophisticus vt diffinitur ab aristotele in elencbis est qui appareꝫ esse sillogismus ꝛ nō est aut qui ē sillogism⁹ sed nō est conueniens rei.

Silloꝝ diuisio.

Primo sciēduꝫ est ꝙ postq̄ determinatum est de sillogismo dialectico ꝛ locis dialecticis. hic ꝯsequenter in isto sexto tractatu dētermināndum est de sillogismo sophistico q̄ est subiectum huius scientie. ꝛ eius ꝓpria passio ē generatiuū assensus falsi vl' erronei. ¶ Et si q̄s dicat fallacie sunt subm hui⁹ sciē cū talis scīa denoīetur a fallacia. Respōdet ꝙ nō sequitur vū fallacia nō est subm sed est bū ꝯfirmatiua sillogismi sophistici sicut locus est ꝯfirmatiuus argumēti dialetici ꝛ vtilitas hui⁹ sciē est cognoscere defect⁹ sillogismoꝝ sophisticoꝝ. vnō sillogismus sophisticus est q̄ est apparēs ꝛ nō exīs apparens supple bon⁹ vel ꝓbatu⁹ ꝛ nō existēs supple talis qualis apparet. ¶ Et aduerte ꝙ in quolibet sillogismo sophistico siue elēcho sophistico due sunt cāe scꝫ cā apparētie ꝛ cā defectus. cā apparētie est obseruatio alicui⁹ ꝯditionis vel aliquaꝝ ꝯditionū reqsite vel reqsitaruꝫ ad verū elenchū: sed cā defectus est nō obseruatio omniū ꝯditionū reqsitaꝝ ad verū elenchuꝫ et est triplex sillogism⁹ sophistic⁹ scꝫ peccās in materia. peccās in forma. ꝛ peccās in materia et in forma simul. peccās in forma est q̄ non disponit in mō ꝛ figura. sed peccans in materia ē cuius altera p̄missarum est falsa: vel cuius ans nō est ꝓbatiuū ꝯñtis, sed peccās in materia et forma sil' est q̄ nō disponit in mō ꝛ figura: ꝛ cuꝫ hoc altera p̄missaꝝ est falsa vel cui⁹ ans nō est ꝓbatiuū ꝯsequētis dummodo in talib⁹ sit apparentia siue similitudo veri elechi.

Quot sūt cause, in quolibet sillo sophistico.

Sciendum est scdo ꝙ p̄ter sillogismum dialeticū ac sophisticū. q̄ sunt sillogismi cōtracti: est vn⁹ ali⁹ ꝯtract⁹ q̄ dr sillogism⁹ demonstratiu⁹ ꝛ est q̄ ex p̄missis veris ꝛ imediatꝫ est sillogisat⁹ aut ex talib⁹ q̄ per aliq̄ p̄missa vera principiū sue cognitionis sumpserunt. Et in illa diffinitione dat intelligi duplex demōstratio scꝫ ꝓpter q̄d est potissima: ꝛ ē illa q̄ ꝓcedit ex primis veris ꝛ imediatis. i. cui⁹ premisse sūt vere ꝛ imediate. alia est demōstratio nō potissima cui⁹ p̄misse possunt ostendi per p̄missas veras ꝛ imediatas. exemplū primi vt oīe aīal rōnale est risibile oīs hō est aīal rōnale. ergo omnis homo est risibilis: exemplum secūdi vt omnis homo est risibilis. petrus est homo. ergo petrus est risibilis.

Duplex dēmōstratio.

Sciendum est tertio ꝙ scīa que habetur in isto tractatu vocatur scīa sophistica. ¶ Et si q̄s dicat: ꝙ nō est vera scīa. Rūdetur ꝙ scīa sophistica pōt capi dupl'r. vno mō: ꝓ habitu ꝯclusionis acq̄sito per vsum argumētatiōis sophistice cuiōi esset habit⁹ hui⁹ ꝯclusionis. oē sanum est aīal. vrina est sana: ꝙ vrina est aīal: et sic nō est vera scīa. Alio mō capit ꝓ habitu cōclusionis p demōstrationē acq̄sito in qua ꝯclusione demonstratur passio sillogismi sophistici de sillogismo sophistico ꝛ talis est vera scientia

Utrū sci entia sophistica sit scia.

et docet formare argumētationes sophisticas et eas debite soluere. ¶ Circa hoc querit᷑ vtrū bene sequatur sortes fingit se esse sophistam: ergo sortes est sophista. Et videt᷑ ꝙ sic: q2 bene sequitur sortes fingit se esse sophistā: ergo ostēdit se esse talē qualis non est: ergo est sophista q2 sophista est vir copiosus in sapiētia apparēte ꝛ nō existente. Pro solutione supponit᷑ primo quid sit ꝯña. vn̄ ꝯña est habitudo ꝯsecutionis antecedētis ad ꝯñs. ꝛ notāter dicit᷑ habitudo ꝯsecutionis ad differentiaꝫ habitudīs q̄ est ex natura ꝛ habitudo talis ꝯsecutionis est q̄n est impossibile ita esse sicut per añs significatur quin ita sit sicut per ꝯñs significat᷑. Supponit᷑ vlterius ꝙ sophista pōt capi dupl'r. vno modo pro illo qui hꝫ artem sophisticā ꝛ sic nō sequit᷑. alio modo idem est ꝙ apparēs ꝛ nō existens. ꝛ tunc dico ꝙ illa ꝓpositio sortes fingit se esse sophistā cōscando cum sophistis implicat ꝯtradictionē puta ꝙ sit sophista: ꝛ ꝙ non sit sophista. nam ꝓpositiones affirmatiue de fingit exponūtur ꝑ vnā ꝓpōnē affirmatiuā de apparet ꝛ per vnam ꝓpositionē negatiuaꝫ: vt sortes fingit se esse sophistam. id est apparet esse sophistā ꝛ nō est sophista. ꝛ tūc dico ꝙ ꝯña est bona.

Quid sit cōsequētia

Arguitur sic p̄mo. sillogism⁹ sophisticus nō est sillogism⁹: ergo nō est apparēs sillogismus: ꝯña pꝫ per locuꝫ a parte in modo ad suum totū. ¶ Scdo sic: sillogism⁹ sophisticus est generatiu⁹ deceptionis: ergo de ipo non est scientia: ꝛ per ꝯñs nō est subiectum hui⁹ sciē. ¶ Tertio sic: sciētia sophistica nō est vera sciā. sed solū apparēs: ḡ frustra hic determiat᷑ de ea.

Ad p̄mū d̄r ꝙ male arguitur quia arguitur cū determiatione diminuēte. ¶ Ad scd̄m dicit᷑ ꝙ licet generatiuuꝫ deceptionis sit ꝑ isto sillogismi sophistici. nō tn̄ ꝓpter hoc seq̄tur quin de ipso possit haberi scientia tanq̄ de scibili remoto. ¶ Ad tertium patet solutio in tertio notabili.

Quid sit disputatio.

Disputatio est actus sillogisticus vni⁹ ad alterū ad aliqd̄ ꝓpositū ostendendū. Disputationis quattuor sunt spēs scꝫ doctrinalis dialectica temptatiua ꝛ sophistica. Disputatio doctrinalis ē q̄ sillogisat ex ꝓprijs p̄ncipijs vni⁹ cuiusq3 discipline. ꝛ non ex his q̄ vident᷑ r̄ndenti. Et huius disputationis instrumētuꝫ est sillogismus demōstratiu⁹. Disputatio dialectica est q̄ ex ꝓbabilib⁹ sillogisat ꝛ est collectiua cōtradictionū ꝛ ei⁹ instrumentū est sillogism⁹ dialecticus. Temptatiua vero disputatio est que sillogisat ex his q̄ vidētur respōdēti et necesse est cū scire q̄ se simulat habere sciam. Huius aūt disputatiōis instrumentū est sillogism⁹ temptatiuus. Sillogismus tēptatiu⁹ est qui ꝓcedit ex his q̄ vidētur respōdenti: disputatio sophistica est q̄ ꝓcedit ex his q̄ vident᷑ ꝓbabilia ꝛ nō sunt. Huius aūt disputationis instrumentuꝫ est sillogismus sophisticus.

¶ Primo sciendum est ꝙ disputatio est actus sillogisticus vni⁹ ad alterū formaliter vel equiualenter ad aliqd̄ ꝓpositum .i. ad aliquem finem ostendēdum. ꝛ potest capi dupliciter. vno modo large ꝛ sic tunc diffinitur: est actus argumentatiuus ꝛ ꝓbatiuus vel apparēter probatiuus vnius ad alterū ad aliquem finem ostendendum. ꝛ sic disputatio sophistica bene est disputatio. Alio modo capitur stricte. ꝛ tunc est actus argumentatiuus ꝛ probatiuus vnius ad alterum ad aliquem finem ostendendum: ꝛ sūt quattuor scꝫ doctrinalis dialectica temptatiua et sophistica siue litigiosa: quia sunt tot disputationes quot sunt fines intenti ab opponente sed solū sunt quattuor fines: quia vel opponēs intendit generare scientiam in respondente: ꝛ sic est doctrinalis vel opinionem et sic est dialectica vel habere experimentum ꝛ sic est temptatiua: vel vanaꝫ gloriam in hoc ꝙ ducat respondentem ad methan. ꝛ sic est sophistica.

Sciendum est scdo ꝙ pro declaratione disputationis doctrinalis in qua dicitur ꝙ procedit ex proprijs principijs alicuius sciē aduerte ꝙ propria principia alicuius scientie sunt duplicia: scꝫ complexa vt premisse. ꝛ incōplexa ꝛ sunt tria: scꝫ subiectum attributionis illius scientie. diffinitio ꝛ propria passio eius ex quibus componuntur premisse que dicūtur p̄ncipia complexa. ideo principia incomplexa huius scientie sunt sillogismus sophisticus diffinitio ꝛ propria passio eius. sed premisse cōposite ex illis sunt principia complexa. vnde finis disputationis doctrinalis est generare scientiā et finis dialectice est generare opinionem. ꝛ dicitur collectiua contradictionum: quia ꝑ ipsaꝫ potest concludi vtraq3 pars contradictionis nisi sit impossibilis. sed finis tentatiue est habere experientiam de scientia respondentis: ið ipsa procedit ex illis que vidētur esse probabilia respondenti. ¶ Et aduerte ꝙ nō est incōueniēs ꝙ aliqua disputatio dicatur doctrinalis ꝛ tentatiua s̄m tamen diuersos fines. Ex quo patet ꝙ disputationes dicunt᷑ differre ꝑ suos fines.

Que sit ꝓpria p̄ncipia alicuius sciētie.

Sciendum est tertio ꝙ cōsequēter mouetur talis difficultas. an mala consequentia sit cōsequētia. Et arguitur ꝙ sic. mala consequentia habet añs ꝛ ꝯsequēs ꝛ notam illationis: ergo est ꝯña. Item omnis argumentatio est consequentia. mala ꝯsequētia est argumēta

tio: ergo mala ꝯña est cõsequentia. ¶ In oppositũ arguit̃ ꝙ mala argumẽtatio nõ est argumẽtatio: ergo nec mala ꝯña est cõsequẽtia. añs ꝓbatur: quia mala argumentatio nõ hꝫ necessariam illationẽ ꝯñtis ex antecedẽte. ¶ Pro declaratione ponũtur alique ꝓpões. prima ꝯña dicitur de bona ꝯña ⁊ mala: sicut homo dr̃ de hoĩe viuo ⁊ hoĩe picto. s. equiuoce equiuocatiõe a cõsilio. ideo ista est vera de rigore sermõis oĩs consequentia est bona: quia ꝯña in subiecto stat ꝓ cõsequentijs bonis. ¶ Scõa ꝓpositio: sicut illa nõ est ꝯcedenda hõ pictus est homo. ita ista nõ est cõcedenda ꝯña mala est cõsequẽtia. ¶ Tertia ꝓpõ: hitudo necessaria illationis añtis ad cõsequens q̃ formaliter est cõsequentia non fit ab intellectu inferente vnũ ab alio. sed ꝓuenit ex eo ꝙ impossibile est ita esse sicut ꝑ añs significat. quin ita sit sicut per cõsequens significat. ¶ Ad rationes ad primã dico ꝙ ꝯsequẽtia mala hꝫ ãtecedens et ꝯñs et notã illationis. sed nõ hꝫ consequens illius antecedẽtis quod requiritur ad cõsequẽtiam. ¶ Ad scđaꝫ dr̃ ꝙ mala cõsequẽtia proprie non est argumẽtatio ⁊ sicut nõ est argumentatio sic non est cõsequentia.

Arguit̃ sic primo. multe sunt disputationes que non sũt act⁹ sillogistici sicut sũt disputatiões enthymematice. Scđo sic disputato sophistica non est disputa° cũ nõ sit act⁹ ꝓbatiu⁹ igr̃. Tertio sic nulla disputatio infert cõtradictoria ergo male dicitur ꝙ disputatio dialetica est collectiã contradictionum.

Ad primũ dicitur ꝙ ibi capit̃ act⁹ sillogistic⁹ large pro actu argumẽtatiuo. ¶ Ad scđm dicitur ꝙ disputatio sophistica nõ est disputatio capiendo disputationem stricte ⁊ proprie: sed bene capiendo disputationem large. ¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ disputatio dialetica nõ dicitur ideo collectiua contradictionuꝫ eo ꝙ inferat contradictoria: quia vel generet opinionẽ de duob⁹ cõtradictorijs: sꝫ qꝛ duo ꝯdictoria saltem possibilia possunt dialetice probari.

Sillogismus sophisticus ordiatur ad quinqꝫ methas: que sunt redargutio: falsum: inopinabile: soloecismus: et nugatio. Est autem metha icõueniens quoddã ad quod opponens sophista nititur videri ducere respõdentem. Redargutio ẽ prenegati cõcessio vel precõcessi negatio in eadeꝫ disputatione vi argumentationis facta. vnde nisi vi argumentatiõis hoc quis faciat non ꝓpter hoc erit redargutus: similr̃ nec in diuersis disputationibus. Falsum: vt hic sumitur est manifeste falsum. nam si sophista ducat respondẽtem ad falsum occultuꝫ non ꝓpter hoc assequitur finem suuꝫ. Inopinabile est quod est ꝯtra opinionem oĩm vel plurĩũ vel maxime sapientum vt matrẽ non diligẽdã esse. Soleocism⁹ est viciũ in cõtextu partium orationis cõtra regulas artis grãmatice factum: vt vir mea. Nugatio est vit⁹ et eiusdẽ ex eadẽ parte inutilis repetitio vt homo hõ currit: dico aũt ex eadẽ parte: quia si in diuersis partib⁹ ideꝫ repetatur nõ esꝫ nugatio: vt homo ẽ hõ: risibile ẽ risibile. Dico aũt inutilis repetitio: qꝛ si idẽ repetat̃ ad maiorẽ exꝑssionẽ laudis affectiõis vl' vituperij: nõ esꝫ nugatio: vt deus de⁹ me⁹. latro latro quo vadis. Iste aũt q̃nqꝫ fines vlteri⁹ ordinãtur ad vnũ finẽ principaleꝫ q̃ est apparẽs sapiẽtia ⁊ nõ exñs. Sophista auteꝫ nõ ducit ad istos fines suũ rñdenteꝫ: nisi ꝑ eos deueniat ad vltimũ finẽ pricipalẽ q̃ est apparẽs sapientia. Et cũ quilibet dꝫ ꝓmeditari suũ finẽ: ideo determiatio finiũ dꝫ ꝓcedere determiationẽ fallaciarum.

Ad primū dicitur q vnus terminꝰ non dicitur ampliare alium eo q agat in alium terminū. sed quia intellectus mediante tali termino accipit alium terminum ample pro suis significatis. ¶ Ad scdm dicitur q talis copula ē simplex ꝛ q̄tum est de se nō habet virtutem ampliandi subiectum: sed ampliat ex bonitate modi intelligendi: ꝛ cōis modi cōcipiēdi ipius itellectus sic accipiētis subiectū in ordine ad diuersas differētias tēporū. ¶ Ad tertium dicitur q non debet sic reduci ad vnam de presenti: sed si hoc dānatur demonstrādo g ly hoc illud ꝓ quo supponebat ly iustus. Unde ad sciendum qualiter propositiones de preterito ꝛ futuro debeant reduci ad vnam de presenti ponuntur alique regule. ¶ Prima: si in propositione de preterito vel de futuro ponatur aliqua determinatio preteritionis vel futuritionis tales determinatōes debēnt dimitti reducendo eas ad vnam de presenti: vt ego fui heri sic reducitur: ego sum ego bibam cras: sic reducitur ego bibo. ¶ Scda regula. si tales ꝓpositiones sint de copulato extremo reducuntur per plures propositiones incōiunctim sumptas: vt adam ꝛ noe fuerunt: sic reducitur adam est: noe est. ¶ Tertia regla: si in talibus propositionibus ponatur terminus numeralis debet reduci per plures propositiones fm exigentiam numeri: vt helena peperit decē filios. sic reducitur helena parit istum filiū. helena parit istum filiuz ꝛ sic de alijs. ¶ Quarta regula. si tales propōnes cōstituantur ex terminis com rarijs vel repugnantibus si tales ꝓpositiones sint particulares vel idefinite loco subiecti debet poni pronomē demonstratiuū demōstrans illud pro quo supponebat subiectum: vt albū erit nigruz: sic reducitur hoc est nigrū: sed si tales sint vniuersales debent reduci per plures singulares successiue possibiles: ꝛ hec est vera oīs hō morieẗ qn̄ vnus solus hō morietur.

¶ Sequitur adhuc vna regula.

Sciendum est primo q quinta regula talis est. ablatiuus precise exprimēs significatum termini ampliatiui rectꝰ a parte post a tali termino ampliatiuo ampliatur ad tot differētias tēporum ad quot talis dictio pōt ampliari dūz mō nō restringatẗ: vt hō est amabilis amore ibi amore ampliatur pro amore qui est vel q̄ potest esse. ¶ Sexta regula. terminus positus respectu dictionū iportantiū actum interiorē aīe rectus a parte post a tali dictione dū modo in illum terminū trāseat actus talis dictionis ampliaẗ ad supponendum ꝓ eo qd̄ est fuit erit potest esse ꝛ imaginaẗ esse. Dicunt etiam aliqui similiter de verbis importantibus actus sensus exterioris q ampliant terminū pro tempore p̄senti: ꝛ ad modicum tempus preteritum: vt audio sonum: ibi ampliatur ad sonuz qui est ꝛ qui statim ante fuit. ¶ Septima regula. terminus supponens positus a parte ante respectu istius termini prius importantis prioritatem temporis ampliatur pro eo quod est vel fuit nisi impediatur: vt homo est prior asino. ibi ille terminus homo ampliatur pro eo quod est vel fuit. Et dicitur notanter importantis prioritatem temporis: quia si importaret aliam prioritatem puta nature vel ordinis vel honoris non ampliaret. Sed terminus positus a parte post rectus ab eo ampliatur pro eo quod est vel erit: vt homo est prior asino: ibi asino supponit pro eo quod est vel erit: ꝛ per oppositum dicatur de posterius. ¶ Nam terminus positus a parte ante ampliatur pro eo qd̄ est vel erit: dū modo denotetur precedere et terminus sequens pro illo qd̄ est vl' fuit dū modo denotetur sequi ꝛ q posterius importet posterioritatem ipis: vt homo est posterius asino: homo ampliatur pro eo qd̄ est vel erit: et asino pro eo qd̄ est vel fuit. ¶ Octaua regula. terminus supponens captus respectu verbi importantis mutationem acquisitam ampliatur pro eo qd̄ est ꝛ imediate post hoc erit: dū modo significatuz illius termini denotetur acquiri: vt asinus generatur: ibi ly asinus supponit pro eo

quod est ⁊ imediate post hoc erit. sed terminus captus respectu verbi importātis mutationem deperditiuā ampliatur ad supponendum ꝓ eo qđ est vel imediate antea fuit: vt asinus corrūpitur. ibi asinus supponit pro eo qđ est vel pro eo qđ imediate ante hoc fuit. ¶ Nona regula. terminus qui est subiectum huius verbi incipit ampliatur ad supponēdū ꝓ eo qđ est ⁊ imediate post hoc erit: vt homo incipit eē: ibi homo ampliatur ad supponendum pro homine qui est ⁊ imediate postea erit. sed terminus qui est subiectum illius verbi desinit ampliatur ad supponēdum pro eo quod est vel immediate ante fuit: vt homo desinit esse: ibi homo ampliatur ad supponendum pro homine qui est vel qui imediate ante hoc fuit: ⁊ debent iste due regule intelligi in rebus durantibus plusꝙ per instans. Sed aduerte ꝙ terminus ampliatꝰ importat illa ad que ampliatur ſm exigentiam suppositionis: vt si supponit determinate importat illa disiunctiue. si confuse ⁊ distributiue importat illa copulatiue ⁊ sic de alijs. Aduerte tamen ꝙ propositiones in quibus ponūtur termini ampliatiui debent exponi disiunctim hoc est per propositionez cathegoricā de disiuncto extremo in qua differētie tꝑales disiunctim accipiuntur.

¶ Et hec de ampliatione.

Quid est restrictõ

Restrictio est coartatio termi cōmunis a maiori suppōne ad minorē: vt dictū ē prius. Restrictionū autem alia fit per nomē: vt homo albus: iste terminꝰ hō nō supponit ꝓ nigris neqꝫ pro medio colore coloratis: sed restringitur ad albos. Alia fit ꝑ verbū vt homo currit: iste terminus hō supponit pro p̄sentibꝰ tantū. Alia fit per participium: vt cū dicitur homo currens disputat: ille terminꝰ homo supponit pro presentibus. Alia fit ꝑ implicationē: vt cum dicitur hō qui ē albus currit: hec implicatio qui ē albꝰ restringit hoīem ad albos. Itē restrictionum factarū per nomē: alia fit ꝑ īferius superiori appositum: vt aīal homo currit: ille terminus aīal tantū supponit pro aīalibꝰ q̄ sunt homīes. Alia fit ꝑ dr̄iam aduenienti generi que ē essentialis cum sit constitutiua rei: vt cum dicitur animal rōnale: hic animal supponit ꝓ rationalibus aīalibus. Alia fit per adiectiuum accidentis: vt cum dr̄ homo albꝰ: iste terminus homo supponit tantum ꝓ albis hoībus. De restrictiōe facta per nomē cōiter sumptum tales dātur regule. Omne nomen nō diminuēs nec habens vim ampliādi adiunctum ex eadem ꝑte termīo magis cōi restringit ip̄m ad supponendū ꝓ his ad que exigit sua significatio: vt ꝑꝫ in exemplis predictis: vt hō ꝑ suā significationem restringit aīal ad aīalia q̄ sūt homīes: vt cum dr̄ aīal hō ⁊ albus restringit hoīem per suā significatōem ad hoīs albos: vt cum dr̄ homo albꝰ. Dico aūt nō diminuēs ad remouēdū noīa diminuentia rōnem adiuncti: vt mortuus vel corruptus ⁊ silia q̄ non restringunt sed potius destruunt adiunctum. Dico autē non habens vim ampliandi ad remouendum dictōes ampliatiuas: vt potēs pōt possibile que non restringunt: sed potius ampliant. Et sciendum ꝙ minus cōmune semper restrigit magis cōe. vt cū dr̄ homo albus currit: quia hō reperitur in albis hoībus et nigris: ⁊ medio colore coloratis: albus aūt non. Unde quo ad hoc ꝙ homo est magis cōe ⁊ albus minus cōmune: ⁊ sic albꝰ restrigit hoīem: sed ſm ꝙ albus reperitur in hoībus lignis lapidibus et brutis, homo aūt non. vt sic albus est magis cōmune ⁊ homo minus cōe. ⁊ sic homo coartat album ad albedinez existentem in hoībus: cum dicitur hō albus currit. ⁊ sic vtrūqꝫ coartat alterum ſm diuersa. Item de termino restricto talis datur regula. Si signum vl̄e adueniat termīo restricto non distribuit ip̄m nisi ꝓ his ad que restringit. Cum eīm dico oīs hō albꝰ currit. ibi hō restrīgitur ad albos ⁊ non pōt distribui nisi ꝓ albis. Itē ꝺ restrictōe daẗ regula talis. Nihil positū a parte predicati potest restringere termī cōem positū a parte subiecti quo ad principalem eius significationem: vt

homo ē albus: iste terminꝯ albꝯ in p̄⸗
dicato positus nō potest restringere
hominē in subō positū ad albos quia
si restringitur ad albos: ḡ per regulā
precedentē. s. si signum vl'e aduenerit
termino restricto solū restribuit ipm
pro his ad que restringitur: vt in pro
posito bene distribueret solū pro al⸗
bis hominibꝯ. et sic istiꝯ ꝑpōnis ōis
homo est albus sensus eīꝫ. ōis hō al
bus est albus. ḡ si vna erit vera reliq̄
erit vera. ꝛ si vna est falsa reliqua erit
falsa. quod tamen est falsum. ergo cū
dicitur omnis homo est albꝯ iste ter
minus hō non restringitur. ꝛ sic patꝫ
illa regula. dico aūt quo ad principa⸗
lem eius significationē quia predica
tum restrīgit subiectum quo ad signi
ficationē que est genus vt cum dicit̄
cignus est albus iste terminꝯ cignus
restringitur ad mares et nō ad mulie
res: et sic albus restringit ipsum quo
ad significationē que est genus et nō
quo ad suam significationem. Item
de restrictione facta per implicatio⸗
nem talis datur regula. Omnis ipli
catio imediate ꝯiuncta termīo cōi re
stringit ipm sicut suū adiectiuū: vt cū
dicit̄ hō qui est albꝯ currit: iste terīus
hō restringit ad albos ꝑ hanc iplica⸗
tionē scꝫ qui est albꝯ. Item de eadem
restrictione talis datur regula. Quo
tienscūqꝫ signū vniuersale ꝛ implica
tio ponūtur in eadē locutiōe duplex
est oratio ex eo ꝙ signū pōt precede⸗
re implicationē: ꝛ sic dstribuit terīm
cōem pro quolibet supposito cum di
citur ōis hō currit qui est albus. Itē
implicatio pōt prius aduenire ꝛ re⸗
stringere terīm cōem. ꝛ tunc signum
postea adueniens nō distribuit ipm
nisi ꝑ his ad q̄ restringit̄: vt ōis hō q̄
est albus currit: ꝛ tūc equiualet huic.
ōis homo albꝯ currit. ¶ Seq̄tur de
restrictiōe facta ꝑ verbū de qua plu⸗
res dantur regule. Quaꝝ p̄ria talis
est: terminus cōis supponēs vel ꝯppo
nens verbo presentis tp̄is simpliei⸗
ter sumpto nō habēte vim ampliādi
neqꝫ ex se neqꝫ ex alio restringitur ad
supponēdū ꝑ his qui sunt sub forma
termi cōis supponētis. Dico aūt ter⸗
mini cōis: q̄ꝛ terīus discretꝯ neqꝫ re⸗
strigit̄ neqꝫ āpliat̄. Dico aūt verbū p̄
sentis tp̄is ad remouēdū alia verba
alioꝝ tempoꝝ: q̄ꝛ terīus cōis aliā hꝫ
suppōnē cū eis. Dico aūt simpl'r sum
pto ad remouēdū ꝟba sumpta cū ꝑti
culis diminuētibus vt est opinabi⸗
le ꝛ inopinabile. Dico aūt nō hn̄te vi
ampliādi ad remouendū verba āplia
tiua vt pōt. dico autē neqꝫ ex se neqꝫ
ex alio ad remouendū ꝟba habentia
vim ampliādi ex alio vt puta ex ꝯiū⸗
cto sicut hoc ꝟbū est. cum d̄ꝛ est pōt
esse. Dico aūt ꝙ sub foꝛa teri suppo⸗
nētis: q̄ꝛ hō supponit ꝑ his q̄ sūt sub
hūanitate ꝛ aīal q̄ sunt sub aīalitate
vt cum d̄ꝛ hō est aīal. Item alia dat̄
regula. Terminꝯ cōis supponēs vel
apponēs ꝟbo de p̄terito simpliciter
sumpto: nō habente vim ampliandi
nec ex se nec ex alio restrīgit̄ ad sup⸗
ponendū ꝑ his q̄ sūt vel fuerunt sub
foꝛa termi supponētis: vt cuꝫ d̄ꝛ hō
fuit aīal iste terminꝯ hō supponit ꝑ
his q̄ sunt vl' fuerunt hoīes. ꝛ aīal ꝑ
his q̄ sunt vl' fuerūt aīalia. Itēꝫ alia
dat̄ regula. Terminꝯ cōs supponens
vel apponēs ꝟbo de futuro etiā sup
ponit ꝑ his q̄ sunt vl' erunt sub foꝛa
termi supponētis. s. ꝑ eis q̄ sunt vel
erūt in futuro vt hō erit aīal. Ex p̄di
ctis p̄ꝯ ꝙ verbū restringit̄ quo ad si
gnificationē q̄ ē tp̄s ꝛ ṅ quo ad signi
ficationē p̄cipalē. Circa p̄dicta q̄ri
tur de hoc sophismate oīe aīal fuit
in archa noe. Probatur hō fuit in ar
cha noe equꝯ fuit in archa noe ꝛc. er
go oīe aīal fuit in archa noe. Cōtra
oīe aīal fuit in archa noe. sed cesar
fuit animal; ergo cesar fuit in archa

noe quod est falsum:ergo aliqua pre-
missarum est falsa:nō minor.ergo ma
ior::qđ aūt prima sit falsa patʒ p quē
dam regulā que dicit ꝙ terius cōis
supponēs vel apponēs verbo de pte
rito simplr sumpto restringit ad sup
ponendū pro his qui sunt vel fuerūt
sub forma termi supponētis. Itē alia
est regula.ꝙ si signū vle aduenat ter
mino restricto distribuit ipm p oibꝰ
illis ad que restringebat: ergo cū di-
cit oē aial fuit in archa noe: iste ter-
minus aial supponit pro oīi anima
li qđ fuit in archa noe: que nō fuerūt
oia in archa noe: ergo pria est falsa.
Itē ad idē in hac ppōne oīe aial qđ
tūc fuit:fuit in archa noe: iste termi-
nus aial restrigitur magis ꝙ in ista
oꝛone:oē aial fuit in archa noe: cū in
prima plura supponātur: sed iste ter
minus aial restringitur ad ea q̄ fue-
runt tūc in illo tpe ppter multiplica-
tionē ibi positā:ergo si solū illa q̄ fue
runt in pterito fuerūt in archa noe.ꝛ
nō plura opʒ ꝙ hec sit falsa:oīe aial
fuit in archa noe cum in ea plura aia
lia supponūtur. Solutio. quidā dicūt
ꝙ hec oē aial fuit in archa noe ē du-
plex eo ꝙ pōt fieri distributio p sin-
gulis generū vel p generibꝰ singulo-
rum. primo mō est falsa. scdo mō ē ve-
ra.qꝛ qñ fit distributio p singulis ge
nerū:tūc est distributio p singulis in
diuiduis q̄ sub eodē genere ꝛ sub ea-
dē spē ꝯtinēt:tūc opʒ ꝙ oia idiuidua
contēta sub animali fuissent in archa
noe quod est falsuʒ. Sed cū fit distri
butio pro generibus singuloꝛuʒ tunc
solum est distributio pro generibꝰ vl
speciebus sed nō fuit aliqua species
animalis que nō fuit in archa noe et
illo modo est vera. Sed huic solutio
ni nō acquiesco. qꝛ spēs animalis nō
fuit per se in archa noe. sed tm̄ indiui
duum: vnde illo tempore non habuit
veritatē nisi pro singulis generū id ē
pro indiuiduis et nō pro generibus
singuloꝛū. vnde dico ꝙ propositio ē
falsa et concedo omnes rationes ad
ductas ad hoc.ꝛ probatio peccat sm
consequens ab insufficienti inductio
ne qꝛ nō accipit omnes partes distri
butionis que sunt sub subiecto istius
ppōnis omne aial fuit ī archa noe
Solet etiam queri vtrū similr restrin
guntur termini in ppositiōe affirma
tiua ꝛ negatiua. Dicunt aliqui ꝙ non
quia esse restringit ad existens. et nō
esse ad nō exñs.ergo nō p eodē fit re
strictio in affirmatiua ꝛ negatiua.
Item videt ꝙ ois negatiua in q̄ esse
negat simplr est falsa si silr restrin-
gant termi in ppōne negatiua ꝛ affir
matiua:qꝛ in hac ppōne rosa est iste
terminꝰ rosa restringit ad existens ꝛ
si in hac rosa nō est similiter restrin-
gatur ad exñs tūc est sensus ꝙ rosa
q̄ nō est:est ꝛ hec est falsa:ergo h̄ ro-
sa nō est:ꝛ sic quelibʒ negatia in qua
esse negat esset simplr falsa qđ falsū
est:ergo videtur ꝙ nō:similr restrin
guntur termini in ppōne affirmatia
et negatiua:sed pbatur ꝙ silr restrin
gantur:qꝛ si in hac ppositione hō est
iste terminꝰ homo restringit ad exi-
stēs:ꝛ in hac nullus hō est ad nō exi-
stēs:ergo vtraqʒ est vera:qꝛ de exñti
bus vere pdicat esse:ꝛ de nō exñtibꝰ
remouetur esse: ergo ꝯdictorie sunt
simul vere qđ est īpossibile. ergo illud
etiā ex quo seqtur īpossibile scʒ ꝙ nō
silr restrīgantur termī in affirmatia
et negatia. Itē regula est ꝙ oē vbū
simplr sumptū nō hñs vim amplian
di nec a se nec ab alio restrīgit terīm
supponētez quo ad cōsignificationē
que est tps ꝛ nō quo ad significatio
nem:ergo tps est cā restrictionis il-
lius. Sed idē tps est in affirmatia ꝛ
negatia sibi opposita vt rosa est:nul
la rosa nō est:ergo eadē est cā restri-
ctiōis in vtraqʒ ꝛ ergo p eodē fit re-

strictio in vtraq3 ⁊ hec argumēta cō-cedimus. Ad illud qd̓ primo obijcit̄ ē dicēdū ꝙ esse nō restringit ad existēs et nō esse restringit ad nō existens si-cut nec hoc verbū curro ad currētes: quia nullū verbū restringit sibi termi num supponentē quo ad significatio nem; sed quo ad ꝯsignificationē q̄ est tempus. Unde nō restrīgit ad suppo sita exn̄tia sed presentia. Supposita em̄ presentia possunt esse in aliquib⁹ terminis tam exn̄tia q̄ꝫ nō existentia Ut cum dico enunciabile est enūcia-bile supponit tā ꝑ exn̄tibus q̄ꝫ nō exi stentibus. Oīa aūt enūciabilia q̄ sūt falsa in p̄senti sunt in presentia. sʒ nō existentia: q2 nullū falsum ē. ⁊ sic non restrīgit ad existētia sʒ ad p̄sentia cū idē temp⁹ sit vtrobiq3 qd̓ est cā restri ctionis. Ad aliā dicēdū est ꝙ duplex est forma teri cōis. quedā est q̄ salua tur in reb⁹ exn̄tib⁹ tm̄ vt humanitas que ē forma hoīs ⁊ aīalitas que ē for ma aīalis ⁊ in talib⁹ oīa supposita ꝑ sentia sunt exn̄tia. Alia ē forma teri cōis que saluat̄ taʒ in reb⁹ exn̄tib⁹ q̄ꝫ non existētib⁹ vt enūciabilitas que ē forma enūciabilis: q2 quedā sunt enū ciabilia exn̄tia vt deū esse et oīa vera et talia sunt nō exn̄tia vt hominē esse asinū ⁊ oīa falsa. ⁊ in talib⁹ nō restrin gitur termin⁹ cōis ad existētia. sed re stringitur tā ad existētia q̄ꝫ ad nō exi stentia. Un̄ istı⁹ ꝓpōnis rosa nō ē nō est sensus rosa que ē non ē. sed est sen sus. rosa aliter sumpta q̄ꝫ in presenti nō est. Solet aūt poni ꝙ quedā restri ctio fit ab vsu. vt cū dicit̄ nihil ē in ar cha q̄uis sit plena aere. q2 iste termi nus nihil supponit ab vsu pro rebus solidis siue firmis ⁊ rex pro rege pa trie ⁊ magister legit pro magistro ꝓ-prio. Solet etiā poni ꝙ quedā restri-ctio fit per trāsitionē verbi vt cū dici tur sortes pascit hominē iste termin⁹ nō supponit ꝑ alio a sorte virtute trā-sitionis verbi: q2 dans ⁊ recipiens de bēt esse diuersa. ⁊ ideo si aliqn̄ sint ea dem hoc tm̄ est ꝑ accn̄s: quia per h̓ ꝙ idem subiectū ē vtriusq3 sicut idem ē dux et comes fm accidēs. Un̄ dicunt ꝙ nō sequit̄ sortes pascit seipsum: et ipse est hō. ḡ pascit hominē. q2 est fal lacia accidētis: q2 hoc ꝓnomen se nō potest supponere pro diuersis a sor-te sed hō bene potest.

¶ Primo sciendū est ꝙ restrictio ē acceptio ter mini in ꝓpositiōe pro paucioꝛib⁹ significatis vl̄ paucioꝛib⁹ differētijs tpm̄ q̄ꝫ in ꝓpositiōe in qua si nō restringeretur acciperet̄ vt hō albus currit ibi hō accipit̄ solū pro hominib⁹ albis ⁊ est du-plex restrictio. s. aliena ⁊ nō aliena: aliena ē que fit respectu copule rōne cui⁹ termin⁹ accipit̄ ꝑ aliquib⁹ suis significatis pro quib⁹ pōt suppone re et nō pro oībus: vt hō est albus per illā copu lam est hō restringit̄ ad standū solū ꝑ presenti-bus. i. pro hominib⁹ qui sunt. sed restrictio non aliena est que fit respectu alicui⁹ termini q̄ non est copula. rōne cui⁹ termin⁹ aliter supponit pro paucioꝛib⁹ suis significatis q̄ꝫ supponeret si tal̄ terminus sibi nō adderet̄ vt hō albus currit ibi hō restringit̄ ad hoīes albos. ⁊ de istis ponūtur alique regule. Prima adiectiuū restringit suuʒ substātiuū fm exigētiā talis adiectiui dūmodo tale adiectiuū addat̄ imediate substātiuo vt hō albus currit. ly hō restringit̄ pro albis tm̄. Et di citur notāter dūmō imediate addatur substāti uo quia si in diuersis extremis poneret̄ substan tiuū et adiectiuū nō esset restrictio. Secūda r̄la aduerbiū restringit verbū fm exigentiaʒ ipsius aduerbij. vt hō currit velociter. ly currit restrin gitur pro currentibus velociter. verbū etiam re stringitur per casum rectū ab eo a parte post. vt homo bibit vinum. ibi bibit restringitur pro bi-bentibus vinū. Tertia regula pronomē demon stratiuuʒ primitiue speciei restringit terminum cui additur pro eo quod demonstrat vt iste ho-mo currit. Iteʒ obliquus rectus ab alio casu re stringit eū pro illis pro quibus cōpetere potest vt capa sortis est nigra. ibi ly capa restringit̄ ad standū precise pro capa sortis.

Sciendū est tertio ꝙ quarta regula est talis copula presentis tēporis restringit sub iectum et predicatuʒ pro illis qui sunt et hoc in propositionibus cōtingentibus in quib⁹ nō po-nitur copula neq3 terminus ampliatiu⁹. quia in necessarijs propositionibus hoc nō est verum vt alias visuʒ est. Quinta regula implicatio restrī git terminū cui additur fm exigentiaʒ talis im plicationis. vt ens quod est erit. ibi ens restrigi tur ad presentia. Aduerte tamē ꝙ totum subie ctum ampliatur pro his qui sunt et erunt rōne illius copule erit. Et aduerte ꝙ ad hoc ꝙ aliqs terminus possit restringere aliū oportet ꝙ dica

tur vel quod possit dici de aliquibus suppositis illius termini et de aliqu. b9 non. ideo si omnis homo esset albus & nullus niger: ibi proprie nõ esset restrictio homo albus currit. ¶ Circa hoc queritur de hoc sophismate aliud a nigro erit nigrum. & videtur q sit verum. quia bene sequit nihil aliud a nigro erit nigrũ. sed omne albũ est aliud a nigro: ergo nullũ albũ erit nigrum. ꝯsequena est falsum. g aliqua premissarum. nõ minor: ergo maior et per cõsequẽs sua cõtradictoria erit vera que est sophisma scz aliud a nigro erit nigrum. ¶ In oppositum arguitur: q: in dicta ꝑpositione ly nigro ampliatur pro omni nigro. quod est vel erit. sic q ad eius veritatẽ requiritur verificatio tam pro omni qd est q pro omni illo quod erit scz q nec est nigrũ neqz erit nigrũ ita q sit sensus illud quod nec est nigrum neqz erit nigrũ. erit nigr. quod falsum est. ideo respõdetur ad rationẽ ante oppositum negando consequentiã quia ibi arguitur a minus amplo ad magis amplũ cum distributione magis ampli.

Arguitur sic primo nullus terminus potest restringi. g nullus terminus põt ampliari. patet ꝯsequẽtia quia nõ videtur maior ratio de vno q de alio. antecedens patet: quia pauci vel nulli logici determinant de restrictiõe. ¶ Secundo sic. si aliquis termin9 ampliaret maxime esset predicatum in ꝑpositione de preterito vel futuro. sed hoc est falsum: quia predicatũ in talibus ꝑpositionibus stat precise fm exigentiaz copule. ¶ Tertio sic. si aliquis termin9 ampliaretur maxime esset subiectũ huius propositiõis sortes iuuenis fuit disputatur9. quod est falsum quia termini ~~restringentes~~ debent se impedire adinuicem sicut signa distribuentia.

Ad primũ dicitur q multi fecerũt mentionem de restrictione et dato q non fecissent mentionem satis poterat intelligi per ampliationem. ¶ Ad secundũ dicitur negando cõsequentiã quia verbum preteriti vel futuri temporis non habet vim nisi a parteañ. ideo predicatum stat precise fm exigentiam illius copule vnde si sint due stabit fm exigentiã illarũ duaꝶ vt homo est vel erit albus. ibi album supponit pro illo quod est et erit. ¶ Ad tertium dicit q termini ampliatiui non impediunt se adinuice ideo subiectum in ista ꝑpositione sortes iuuenis fuit disputaturus ampliatur ad supponẽdũ tam pro illo quod est fuit & erit. ita q est sensus qd e fuit vl' erit sortes iuuenis fuit disputatur9

Appellatio est acceptio termini p re existẽte. Dico autẽ pro re existẽte: q: termin9 significãs nõ ens nõ appellat. vt cesar vl' antixps vl' chimera &c. Differt aũt appellatio a significatiõe & suppõne q: appellatio est tantũ de re existẽte. sz suppositio & significatio sũt tam pro re existente q pro re nõ existẽte. vt antixps sigt antixpm et supponit ꝓ antixpo sz nõ appellat hõ enĩ significat hoiem & de natura sua supponit tam pro existẽtibus q ꝓ nõ existẽtib9 hoibus appellat aũt tm hoies existẽtes. Appellationũ autẽ alia est termĩ cois vt hõ. alia est terĩ discreti vl' singularis vt sortes. Terminus singularis idez significat supponit & appellat. s. rem existentẽ vt petrus vel iohãnes. Itẽ appellationũ terĩ cois alia est termĩ cois pro re in coi vt quãdo terminus communis simplicẽ habz suppositionem vt cum dicitur homo est species animal est genus & tunc termin9 idez supponit significat & appellat vt hõ significat hoiez in coi: & supponit ꝑ homine in coi & appellat hominez in coi alia aũt e appellatio terĩ cois ꝑ suis inferiorib9 vt qñ termin9 cois ꝑsonalẽ hz suppositionẽ: vt cũ dicit hõ currit tunc hõ non idẽ sigt supponit & appellat. sed sigt hoiem in coi & supponit pro particularib9 hoib9: et appellat ꝑticulares hoies tũ existentes.

¶ Primo sciẽdũ est q duplex est appellatio. s. formalis et rationis. Unde appellatio formalis est acceptio termini connotatiui in ꝑpositione pro suo significato formali tanq adiacẽti vl' nõ adiacenti vel denominãti alteꝶ fm aliquã differentiã tẽporis. vt hõ est albus. ibi albus appellat albedinẽ adiacere illi rei pro qua supponit. Ex quo sequit q appellatio formalis solũ cõuenit terĩs cõnotatiuis. vnde termin9 cõnotatiu9 est qui de significatione formali sigt suũ significatũ formale per modũ adiacentis vel nõ adiacentis rei pro qua supponit. Et aduerte q duplices sunt termini cõnotatiui. quidam sunt positiui qui cõnotant aliquid per modum alteri adiacentis. vt albũ nigrũ. alij sunt priuatiui qui cõnotant aliquid per modũ alteri nõ adiacẽtis. vt cecũ supponit pro oculo & cõnotat visuz per modum nõ adiacentis oculo. similiter pauꝑ supponit pro sorte ꝯnotãdo bona exteriora ~~nõ adiacẽdo~~ sibi adiacere. Et aduerte q terminus connotatiuus habet duplex significatum. s. materiale et formale. materiale est illud pro quo supponit formale est quod principaliter importat vel illud quod connotat alteri adiacere vel non adiacere vt significatũ materiale albi ẽ sortes formale est albedo. Et aduerte q de connotatione ter

Appellatio est duplex.

mini diuersitas est inter doctores. dicunt enim aliqui q terminus ɔnotat significatū materiale τ nō formale. Alij dicūt econtra q connotat significatum formale. τ supponit pro materiali. Et aduerte q iste termin⁹ albū dupliciter accipitur. vno mō pure adiectiue: τ tūc hʒ significatum formale tm̄. significat enī solum albedinē nō tñ eodeʒ mō sicut albedo: qr albū significat albedinē sub modo actualis inherētie ad subiectū. sed albedo significat albedinē p modum per se stantis. Sed qñ capit substātiue hʒ significatum materiale τ formale. alius est termin⁹ absolutus q̄ absolute significat suū significatū nō ɔnotando aliq̄d alteri adiacere vel nō adiacere vt hō bos leo. Tūc p declaratione appellationis formalis ponūtur aliq̄ regule. Pria terminus appellatiu⁹ aliter appellat suuʒ significatum formale qñ solitarie ponitur tanq̄ subiectum vel p̄dicatū τ aliter qñ ɔiungitur cuʒ alio termīo: qr qñ per se ponit appellat suū significatum formale adiacere rei p qua supponit: vt albū currit ibi albū appellat albedineʒ adiacere rei p qua supponit. Sed qñ ponit cum alio termīo hoc est dupl'r vel ille terminus est absolutus: τ tunc appellat suū significatuʒ formale adiacere rei p qua termin⁹ absolutus suppōit vt homo albus currit. ibi albus appellat albedinem adiacere rei p qua supponit homo. vel talis termin⁹ est ɔnotatiuus τ tūc appellat suum significatū adiacere vel nō adiacere rei appellate per aliū terminū. vt fortes est albus monachus. ibi albus appellat suū significatū formale adiacere rei q̄ ɔnotatur per illū terminū monachus. modo iste termin⁹ monachus appellat habitum monachalē. ideo quādo dr iste est monachus albus sensus est iste est monachus hñs habitum albū. Similiter iste terminus tuus in ista ppositione iste canis est tuus aliter appellat q̄ in ista iste canis est pater tuus: qr in pria appellat tanq̄ possessorem canis. τ in scda appellat te tanq̄ genitum a cane.

Scdo sciendum est q qñ duo termini appellatiui quoꝝ vnus determinat alteꝝ et ponuntur a parte eiusdem extremi τ se tenēt ad idem extremū ita q determiabile p̄cedit et determinatio sequit appellant sua significata formalia adiacere vel nō adiacere p eodē tempore verbi precise. vt ego pcutio magistrū ibi a parte predicati ponūtur illi duo termini scilicet pcutiens magistrum τ vnū determiat alterum ideo ad veritatem talis ppositionis requirit q pcussus sit magister quādo eum pcutio. Alia regula qñ in ppositione ponūtur duo termi cōnotatiui a parte eiusdeʒ extremi mutuo se determinantes τ se habentes adinuicē sicut substantiuum τ adiectiuum tūc termin⁹ qui se hʒ per modum adiectiui appellat suum significatum formale adiacere vel nō adiacere ɔnotato alterius se habentis per moduʒ substantiui vt fortes est albus monachus. ibi ly duo termini scʒ albus τ monachus se habent sicut substantiuum τ adiectiuum τ sicut termini ɔnotatiui. ideo albus appellat suuʒ significatum formale adiacere cōnotato illius termini monachus. Alia regula terminus ɔnotatiuus seu appellatiuus nō ampliatiuus appellat suum significatum formale s̄m exigentiam ampliationis vel restrictionis. ita q si terminus stet pro p̄sentibus appellat suum significatum tm̄ pro tempore presenti vt album currit: ibi album appellat albedinem adiacere rei tm̄ pro tempore p̄senti. Sʒ si terminus amplietur ad presentia τ futura: tunc appellat suuʒ significatum adiacere vl' nō adiacere tam pro tempore presenti q̄ futuro vt album erit fortes. ibi album appellat albedinem adiacere forti pro tempore presenti vel futuro et est sensus illud quod in tempore presenti habet albedinem vel in tempore futuro habebit albedinem erit fortes. Et dicitur notāter dum modo non sit ampliatiuus: quia si esset ampliatiuus nō eodem modo appellaret. vt adam est genitus: ibi ille terminus genitus non appellat generationem passiuam pro tempore presenti sed pro tempore preterito similiter dicendo antixpus est generandus. Ex istis sequitur q magna est differentia inter istas ppositiones album fuit fortes τ fortes fuit alb⁹ nam in prima album appellat albedinem adiacere pro tempore presenti τ preterito. sed in scda appellat albedinem adiacere solum p tēpore preterito. ideo vna pōt esse vera τ reliqua falsa. Etiam est differentia inter istas duas propositiones crudum hodie comedisti τ hodie comedisti crudum. nam sensus prime est rem que habet cruditatem vel que habuit cruditatē hodie comedisti. sed sensus scde est hodie comedisti rem habentem cruditateʒ p tempore comestionis. ideo vna pōt esse vera τ alia falsa et veritas τ falsitas istarum nō cognoscuntur nisi p appellatiōes. ideo sunt nobis necessarie appellationes ad discernendum veritatem vel falsitatem multarum propositionum. vnde ista est vera sanctus in celo erit peccator. sensus enī est qui in tempore presenti habens sanctitateʒ in celo vel in tempore futuro erit peccator. Etiā iste possunt concedi pater erit fortes quādo fortes non erit pater. pater manebit iohannes: quando iohannes nō manebit pater.

Sciendum est tertio q terminus dicitur dupliciter appellare suam rationē. vno modo dicitur appellare suam rationem formalem sub disiunctione ad oēs rationes ɔueniētes rei. vt ibi venientem cognosco. ibi venientē appellat suam rationem formalem sub disiunctione ad omnes alias rationes conuenientes suo significato. ideo ad veritatem talis propositionis sufficit q ego habeam aliquam noticiā de veniente siue illa noticia sit propria noticia venientis siue hominis siue animalis siue aliqua alia conueniens venienti. ¶ Alio modo termin⁹ dr appellare suā rationē ppriā vt cognosco venietēʒ. vñ ad h̄ q ista sit v̄a req̄rit q ego

habeā propriā noticiā. fm quā aliqa dr. veniēs et de ista appellatione ponit talis rla. termin⁹ sequēs dictionē importantē actū interiorē ante rectus a tali dictione terminās actum importatum p talē dictionē appellat p̄cise suā ppriā rationē fm quā talis termin⁹ significat vt cognosco venientē: ly venientē appellat ppriā rōnem fm quē ille termin⁹ veniēs significat. ¶ Circa hoc qrit de hoc sophismate. sortes est magnus cleric⁹ posito q sortes sit parz sciēs: et sit magn⁹ corpore quo facto pbat sic: sortes est magn⁹ et est clericus. g est magn⁹ clericus. Improbat: qr magn⁹ appellat magnitudinē scie esse in sorte. ergo sophisma est falsuz. Ad rōem dr negādo ꝯñam: qr in añte magn⁹ appellat magnitudinē corporis: et in ꝯseqnēte magnitudinē scientie.

Arguitur sic primo: si regule essent vere seqretur q ista nō hn̄ ꝯuerteret albū fuit sortes: g sortes fuit alb⁹: qr ibi variat appellatō sed hoc est falsuz: igit. ¶ Scdo sic. si terminus appellaret suū significatū formale appellarz oē vel aliqd. nō oē vt notū est: neqz aliqd: qr nō videt maior rō de vno q de alio. Tertio sic. si termin⁹ appellaret suū significatū formale: tūc ista esset vera albuz currit. posito casu q solum ethiops currat. et ethiopi adiacet albedo.

Ad primū dicitur q talis nō hn̄ cōuertit: sz aliter debet ꝯuerti vt videbit in ꝯuersionib⁹. ¶ Ad scdm dr q termin⁹ semp appellat suū significatū formale aliqn̄ magis ample aliqn̄ min⁹ ample. ¶ Ad tertiū dr negādo ꝯsequentiam: qr licet ethiopi adiaceret albedo. tñ illa nō est insufficiēs denoiare subiectum.

Distributio est multiplicatio termi cōis p signū vle facta. vt cuz dr oīs homo iste termin⁹ distribuit siue cōfunditur p quolibet suo inferiori et per hoc signū oīs et sic est ibi multiplicatio: dico aūt termi cōis: qr termin⁹ singularī nō pōt distribui. Vñ iste sunt incōgrue oīs sortes oīs plato et sic de alijs: et sic ibi est soloecismus per ptes orōnis. Signorū vniuersalium alia sūt distributiua sube vt oīs nullus alia sūt distributia accidentium vt qlis quātus. Signum aūt distributiuū sube distribuit res se habētes per modū eius qd est qd vt oīs nullus: vt cum dr oīs albedo oīs nigredo. Suba aūt cōiter sumit ad res cuiuslibet generis vt cum dr signum distributiuum substantie. signum distributiuuz accn̄tī est quod distribuit res se hn̄tes p modū accn̄tis: vt p modū qualis vel quāti vt qlíscūqz qtuscūqz. Item signoꝝ distributiuorū sube alia sunt distributiua ptium integraliū vt totus. alia sunt distributiua ptium subiectiuaruz vt oīs nullus. Item signoꝝ distributiorum ptium subiectiuaꝝ alia sunt distributiua duoꝝ vt vter: neuter: alia sunt distributiua pluriū vt oīs null⁹ et similia. Horum aūt signoꝝ primo dicenduz est de signis distributiuis substātie et inter hec primo de hoc signo oīs. Sciendū q omis in plurali nūero dupl̄r sumitur: vno mō collectiue vt oēs apostoli dei sunt duodecim nō seqt: g isti apl̄i dei sūt duodecim demonstratis aliqbus de ipsis. Alio mō sumit distributiue vt ōm omnes homies naturaliter scire desiderant. et tūc qritur qd significat hoc signum oīs: et videt q nihil significet: qr oīs res aut est vl̄is aut pticularī sed hoc signū oīs non significat rem vl̄em vel pticularem: ergo nullā rem significat. Item ad idem oīs neqz est pdicabile de vno neqz de plurib⁹: ergo nec est vl̄e nec particulare: et sic nihil significat. sed cōtra ab eo q res ē vel nō est oratio dicitur vera vl̄ falsa: ergo si oīs nihil significet ppter appositionē vel remotionē eius non causabitur veritas vl̄ falsitas in oratione sed hec est vera aial est homo. ergo et hec omē aial est homo qd est falsum: ergo et prima scz q omis nihil significat. Solutio ad dubium dicitur q omis nō significat vniuersale sed vniuersaliter: qr facit terminū cōmunē suū stare p omnibus suis inferioribus: vt omis homo currit: et sic omis significat aliquam rez. Sz duplex est res: qr quedam est res subijcibilis vel pdicabilis vt homo animal currit disputat: et sic est veruz q omis nihil significat: qr quelibet ta-

lis res aut est vlis. aut particularis Alia est res que ē dispositio rei subijcibilis vel predicabilis et talem rez sigt hoc signū ois et tam ab ista re ꝙ ab alia causatur veritas vel falsitas in oratiōe. Obijcit autē ꝙ ois nō sigt dispositionem rei subijcibilis quia in sillogismo mediū dꝫ reiterari cū suis dispositionib⁹ in minori ꝓpositiōe: g debem⁹ sillogisare sic. ois hō est aīal sortes est ois hō: ergo sortes est aīal qꝛ ois est dispō in maiori ꝓpōne: g dꝫ reiterari i minori qd est falsuꝫ. g ois nō ē dispō subiecti. Solutio. sicut pater duo dicit. s. illud qd est pater ꝛ pater in ꝯtū pater. simlr subm duo dicit. s. illud qd est subm et subm inꝙtū subm ꝛ ƒm hoc duplex ē dispō subiecti quia quedaꝫ ē dispō illi⁹ rei qd est subm. vt albus niger. ꝛ sic de alijs dispositiōib⁹ accidētalibus ꝛ iste debēt reiterari in minori ꝓpositione cū medio. Alia est dispositio subiecti. s. subiecti inꝙtum subiectū videlicꝫ in ordie ad ꝑdicatū vt omis nullus et oia signa tam vniuersaliā ꝙ particularia et talis dispositio nō debet reiterari cū medio in minore ꝓpositione: qꝛ est respectiua: disponit enim subiectum in ꝯparatione ad predicatū vt cū dicitur ois hō albus currit. ista dispositio albus debet reiterari: in minori ꝓpositione cū medio cuꝫ sit dispositio eius quod est subiectū: quia est absoluta. Ista aūt dispositio omis non dꝫ reiterari: qꝛ est respectia subiecti ad predicatū ꝛ ita subi inquātū subꝫ est. Vñ debem⁹ dicere sic. omis homo albus currit. sortes ē hō alb⁹: ergo sortes currit. ꝛ non sortes est ois homo albus. Habito quid significet hoc signum ois ꝛ cuius dispositionē significet. Cōsequēter qritur vtrū ois exigit tria appellata. Et videtur ꝙ sic qꝛ ois ꝑfectio est i trib⁹: vt hꝫ primo celi et mundi. ꝛ sic oē perfectū est in tribus: sed omne ꝛ perfectū ideꝫ sunt vt habetur ibidē. g omne est in trib⁹: ergo omnis vult habere tria appellata Ad idem dicit aristoteles in eodē loco ꝙ de duobus viris nō dicimus omnes: sed de tribus viris dicim⁹ omēs ergo omnis vult hēre tria appellata Sed cōtra: in qualibet demōstratiōe sunt ꝓpositiones vl'es: sed demōstrationes fiunt de sole et luna. ergo opꝫ dicere ois sol ois luna. sed sol non hꝫ nisi vnicū suppositū. ꝛ simlr luna. ergo ois nō vult habere tria appellata Ad idē oē priuatū lumine a terre obiectu deficit. hec ꝓpō est ꝯcessa cū habeat ab auctorib⁹. sꝫ oē priuatū lumine a terre obiectu nō habet nisi vnicū suppositū. s. hāc lunā singularē. g ois nō vult habere tria appellata. Ad idē hoc signū ois sigt quoniā vl'iter: sed hoc qd dico quoniaꝫ vniuersaliter est modus proprius vlis propriū auteꝫ diuersificatur ƒm diuersitatē sui subiecti: vt si hō est diminutus et risibile est diminutum. et si est homo mortuus risibile est mortuū: sꝫ vl'e aliquādo saluatur in plurib⁹: vt hō equ⁹. aliquādo in vno tm̄: vt sol luna. g omnis vult hēre qñqꝫ tria appellata et qñqꝫ nō: imo vnū tm̄. Ad idē duplex est forma: quia quedā est forma materie: vt anima est forma corporis: ꝛ ista forma est pars et nō predicat de eo cui⁹ est pars. alia ē forma q̄ est forma ꝑdicabilis: ꝛ sic oīa superiora vt genera et species. ꝛ differētie dicunt forme inferiorū: vt homo equ⁹: ꝛ sic de alijs. et īdiuidua hui⁹ forme predicabilis sūt materia eius. g cū forma neutro predictorū modorū suā excedit materiaꝫ nec excedit ab ea nullū excedit sua īndiuidua nec excedūt ab eo. g cū omis dicat adequationē vl'ium cū suis indiuiduis: vt ois hō tunc opꝫ ꝙ sol hēat nisi vnicū suppositū vt vere dicat ois sol quod cōcedimus dicēdo ꝑdictas

propositiones esse veras: et quod omnis nō semper exigit tria appellata: sz qū adiungit terīo cōi habenti plura supposita tunc exigit plura appellata qū vero adiungitur termino habenti solum vnū suppositū tunc exigit solum vnū appellatū. Ad illud quod primo obijciebat quod ois perfectio est in trib⁹ dicitur quod verū est; et hec tria sunt: scz sub̄a rei. virt⁹ ei⁹. et operatio ei⁹. Et hec tria tangit aristoteles sub breuibus verbis cuz dicit natura apta nata sic facit. per hoc eñi quod dicit natura tangit substātiā rei et per hoc quod dicit apta nata tangit virtutē eius. et p hoc quod dicit sic facit tangit operationē debitā ei. similiter hoc signuz omnis hz sub̄am signi vl̄is et virtutē q̄ est distribuere et operationē ei⁹ qū distribuit et in his trib⁹ est pfectio ei⁹. Ad secū dum dicēdū est quod hō et hoies differūt qz hō dicit istā spēm sm se que est de plurib⁹ predicabilis. sz hoies in plī numero nō dicit spēm sm se. sed multiplicatā actu sm materiā indiuiduorum numero diuersā. vñ ois in plurratione multitudinis facte facit distributionē per diuersas materias et vult habere tria appellata. sz ois in singulari nūero ex quo recipit spēm sm se et nō materiā indiuiduoz exigit essentiaz aptā natā predicari de pluribus siue actu participet de pluribus siue de vno. ideo exigit tria appellata aut vnū solū sm naturā vl̄em cui adiungitur. q̄dā tamē dicunt quod ois vult hēre tria appellata ad min⁹ et dant talē rōnem. Quotiēscūqz signū vl̄e additur terīo cōi nō habēti sufficiētiā appellatoz recurrit ad nō ens vt cū dicitur ois fenix ē: qz ly fenix nō habz nisi vnicū suppositū. iō recurrit ad nō existētes fenices. et iō cū dr ois fenix est solus est vn⁹ fenix qui ē est. et duo fenices qui nō sunt sunt: et iō dicunt has duas ppōnes esse falsas. quidā fenix nō est: et ois fenix est. et nō esse ɔtradictorias: qz i negatiua supponit fenix qui ē et in affirmatiuis supponuntur duo fenices qui nō sunt. et sic nō ē idē subiectū in vtraqz. Hoc aūt pōt multipliciter iprobari quia hec inconuenientia sequunt ex falso quod supponunt qz supponūt quod ois semp vult habere tria appellata quod superi⁹ ostēsum est eē falsuz. Propterea vult aristoteles quod ppō in qua subijcitur vl̄e vniuersaliter sumptuz alicui predicato contradicat illi ppōi negatiue in q̄ subijcitur vl̄e non vl̄iter sumptum eidē predicato: sed iste sūt tales. omis fenix est: quidā fenix nō est. g̊ sunt cōtradictorie qd̄ tamē ipsi negant: ergo regula eoz est falsa. Item ad idē alia regula talis est. termin⁹ cōmunis supponēs vel apponēs verbo presentis temporis simpliciter sumpto non habenti vim āpliādi nec a se nec ab alio restringitur ad supponendū pro his qui sunt sub forma termini supponētis; ergo cum dicitur omnis fenix: ly fenix restringitur ad supponenduz p fenice tantum qui est cum ipsius nō sit nisi vnicum suppositū. ergo per illam regulā prius datā si signum vniuersale adueniat: et non distribuit ipsum nisi pro vnico supposito. ergo regula eorū est falsa et supra falsuz fundatur quod cōcedimus. Circa predicta queritur d̊ hoc sophismate omis homo est et quodlibet differens ab illo est non homo. probatio: hec est vna copulatiua cuius vtraqz pars est vera. ergo ip̄a est vera. improbatio omnis homo est: et quodlibet differens ab eo est non homo: sortes est homo: ergo quodlibet differens a sorte ē nō homo qd̄ est falsum: quia hec est vna copulatiua cuius altera pars est falsa: ergo ipsa est tota falsa. Solutio p̄ma est simpliciter vera, et improbatio peccat penes fallaciam consequētis; qz ly drñs ab oī hoīe in minus est q̄ drñs a sorte; quia differēs ab omni

homine supponit solū pro alijs reb⁹
ab hoīe sed differēs a sorte supponit
p eisdē: et etiā p alijs hoībus a sorte.
vt bene sequitur differēs ab omī ho
mine: ergo differēs a sorte: et est loc⁹
a parte subiectiua ad suū totū: sed si
huic ppōni differēs ab omī hoīe ap⸗
ponat signū erit p̄cessus ab inferiori
ad superi⁹ cū distributōe: et sic incidit
fallacia ꝯñtis in improbatione: et sm
vnū pcessum: quia duplex est pcessus
ab oī pbatione: qz bene sequit ois hō
est: ergo sortes est: et est loc⁹ a toto in
q̄titate: sz nō sequit hoc est differēs
ab oī hoīe: ergo differens a sorte. sed
est falla ꝯñtis: sicut hic ois hō est: er⸗
go omē aīal est. Item q̄ritur de h⁹ so⸗
phismate: ois hō et alius homo sunt:
probatio sortes et ali⁹ hō sunt: plato
et alius hō sunt: et sic de alijs: g omis
hō et alius hō sunt. Improbatio: ali⁹
est relatiuū diuersitatis substātie: er
go supponit p diuerso ab hoīe: sz non
est alius hō ab omī hoīe: ergo prima
est falsa. Solutio pria est simplr fal⸗
sa: et probatio peccat sm fallaciam fi
gure dictionis a plurib⁹ determiatis
supponib⁹ ad vnā determiatā: qz iste
terinus alius habet determiatā sup⸗
positionē in premissis et in conclusio⸗
ne. Itē pbatio peccat sm fallaciā ac⸗
cidētis: quia licet sortes et plato et sic
de alijs inferāt oēm hoīem sm se: nō
tū sub hac copulatione q̄ est oīs et ali
us hō sunt: vt cum dicitur omnis hō
et alius hō sunt sicut cognosco coru⸗
scum sm se: nō tū sub hoc accidēte qd
est venire. vñ talis datur regla. Quo
tienscūq; aliud sequit siue cōuersim
siue nō: si aliquid cōueniat vni quod
non cōueniat alteri: et per illud cui cō
uenit inferatur de eo cui non cōuenit
semper est fallacia accidentis: verbi
gratia: homo est: ergo substātia est et
spēs cōuenit hoī et nō substātie: ideo
si per hoīem inferat spēs de substan⸗
tia est fallacia accidētis; vt homo est
species: ergo substātia ē. spēs: simil̄r
hic risibile est propriū: ergo homo est
propriū. Horū aūt q̄ cōsequūtur: que
dā ꝯsequūtur cōuersim vt hō et risibi
le: alia nō vt hō et substātia. Dicto de
hoc sophismate: restat dicere de isto
oīs hō est oīs hō: probatio sortes est
sortes: plato est plato: et sic de alijs:
ergo omnis hō est omnis homo: et vt
vult boetius nulla ppō est verior illa
in qua p̄dicatur idez de seipo: sed sic
est hic: quia oīs hō predicatur de oī
hoīe: ergo nulla est verior ista: et p cō
sequēs est vera. Improbatio sua con
tradictoria est vera. s. illa quidam hō
nō est oīs hō: ergo ipa est falsa. Item
ad idē oīs hō est oīs hō. sz sortes est
hō: ergo sortes est oīs hō: silł'us est i
darij: cōclusio est falsa: ergo aliq̄ pre⸗
missaꝝ: nō minor. ergo maior. sed ma
ior est sophisma: ergo est falsū. Solu
tio prima est simpliciter falsa. et pba
tio peccat sm cōsequens ab insuffici
enti emuneratione singularum: quia
cum illis quas assumit debet assume
re has a parte subiecti sortes est oīs
homo: plato est omnis homo: et etiaz
istas a parte predicati omnis homo
est sortes: omnis homo ē plato: et sic
de alijs q̄s dimittit. et sic peccat sm
cōsequēs ab insufficiēti enumeratōe
singularum. Ad aliud dicitur q̄ ibi
idē non predicatur de seipso: sed pre
dicatur omnis homo de homine sum
pto pro qualibet sui parte. Sequitur
de hoc signo nullus qd̄ significat qm̄
vniuersaliter negatiue: Unde signifi⸗
cat idem sicut hoc signum omnis cū
negatione postposita: et ideo oīs non
et nullus equipollēt. De h⁹ signo null⁹
talis dat regula. Quotiēscūq; hoc si
gnū null⁹ imediate adiūgit terīo cōī
cōfundit ipm mobiliter et distributi⸗
ue: simil̄r terminum cōem sibi adiū⸗
ctum mediate: vt nullus homo est ai̅

nus. Unde potest fieri descensus sub subiecto sic: ergo sortes nõ est asinus nec plato: ⁊ sic de alijs. ⁊ etiā sub predicato. Scd̃m predicta q̄ritur de hoc sophismate: nullus hō est oīs hō: probatur sic: sortes nõ ē oīs hō: plato nõ est oīs hō ⁊ sic de alijs: ergo p̄ria est vera: vel sic sua ꝯtradictoria ē falsa. s. ista: quidā hō ē omnis hō: ergo ē vera. Contra ibi predicat̃ oppositū de opposito: ergo locutio est falsa. Solutio prima ē vera: ⁊ ad improbationē respondet̃ ꝑ interēptionē: quia ibi non predicatur oppositum de opposito sed remouetur oīs hō ab hoīe sūpto pro quolibet suo supposito ⁊ hoc est verū. ¶ Sequitur de hoc signo nihil quod significat idē ꝙ nullus: sed īcludit in se terminū recipientē suam distributionem: quia nihil est signū vl̄e cum negatione. ⁊ res est terminꝰ recipiens eius distributionē. Scd̃m p̄dicta queritur de hoc sophismate nihil videns est aliquid vidēs. Probatur sic: nõ habēs rem videns est aliq̄d videns: quia nõ vidēs sortē ē vidēs platonē: nõ illā rem videns ē aliq̄d vidēs et sic de alijs. ergo nihil vidēs est aliquid vidēs: ergo p̄ria ē vera. Contra ibi p̄dicat̃ oppositū d̾ opposito: ergo locutio ē falsa. Quidā distingūt nihil vidēs ē aliq̄d videns eo ꝙ hec dictio nihil potest eē accusatiui casus: ⁊ est sensus: nullā rem videns est aliq̄d videns: vel p̄ot esse noīatiui casus, ⁊ est sensus nulla res vidēs est aliq̄d videns ⁊ ꝺm hoc ponūt āphibolīā ex ꝑte casus: ſ3 hoc nõ soluit: q2 in vtroq3 sensu est falsa. Sed alij hāc distinguunt iterū nihil vidēs eo ꝙ negatio in hoc termīo nihil p̄ot negare ꝑticipium primo positū: ⁊ est sensus: nullam re3 vidēs est aliq̄d vidēs: ⁊ sic est diuisa vel p̄ot negare hoc verbū est: ⁊ tunc est sensus q̄libȝ re3 vidēs nõ est aliq̄d vidēs: ⁊ sic est cōposita ſ3 hoc nõ soluit: q2 in vtroq3 sensu est falsa cū opposita ponātur circa ide3. Solutio dicendū est ꝙ p̄ria simpliciter est falsa. ⁊ ꝓbatio peccat contra fallaciā figure dictiōis a pluribꝰ determiatis ad vnā deteriatā huiꝰ termi vidēs: q2 in p̄missis h3 suppōne3 determiatā ⁊ ī ꝯclusione sil̾r vel peccat ꝺm fallaciā accn̄tis. q2 q̄uis videre cōicat̃ oībus ꝺm se nõ tñ ꝺm ꝙ vnitur in hoc toto nihil vidēs. vñ totum accidit ꝑti ⁊ esse vidēs aliq̄d assignatur inesse vtriq3. Sciendū est ꝙ oēs p̄misse sūt duplices: q2 negatio p̄ot deteriare v̾bū vl̾ ꝑticipiū vt dictū ē prius vñ antiq̄ posuerūt p̄missas eē duplices ꝓpter tale3 r̄lam qua3 dabāt. Quotienscūq3 negatio ⁊ distributio includūtur in vno terīo ad q̄dcūq3 refert̃ vnū ⁊ reliquū vñ cum distributio posita in obliquo nõ possit in p̄dicta orōne attingere verbū ita neq3 negatio. Ite3 idē est iudicium de istis sophismatibꝰ: nullum caput hñs est aliq̄d caput hñs. A nullo hoīe differēs est ⁊ ab aliquo hoīe differēs est ⁊c. Seq̄tur de signis distributiuis duoꝝ ⁊ talia sunt neuter et vterq3. Et differūt a p̄dictis q2 oīs nullus ⁊ sil̾ia distribuunt pro oībus indiuiduis termi cōis sed vterq3 et neut̃ distribuūt solū ꝓ duobꝰ ꝑ demōstrationē vt vterq3 istoꝝ neuē istoꝝ. Scd̃m p̄dicta q̄rit̃ de hoc sophismate ab vtroq3 istoꝝ enunciatū est veꝝ posito ꝙ sortes dicat deū esse: plato vero dicat hoīe3 esse aīal ⁊ ambo dicant sil̾ hoīem esse asinū: ⁊ illi duo demōstrātur ꝑ hoc ꝓnomē istoꝝ. Probatio a sorte enūciatū est verum. A platone enūciatū est verum: ergo ab vtroq3 istoꝝ enūciatū est verū. Contra ab vtroq3 enūciatū est verū. sed nihil enunciatum est ab vtroq3 istoꝝ nisi hoīem esse asinū. ergo hoīe3 esse asinū est verum quod est falsum

